INSTITV-
TIONIS DIALECTICAE EXER

citatio prima autore Ioanne Serrano villareñ
ſe Nauarrorũ communitatis Darocæ ingẽ
nuarum Artiũ. D. & in Cæſarauguſta
no Gymnaſio publico philoſo
piæ profeſſore.



¶ Cæſarauguſtę apud Auguſtin
Emilianum, anno. 156

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

ILLVS

TRISSIMO AC REVERENDIS ſimo.D.D.Ferdinando Aragonio Archi- epiſcopo Cæſarauguſtano Ioan nes Serranus ingenuarū ar tium magiſter.:.

S. P. D.

PEripateticorum princeps Ariſtoteles Antiſtes dominici gregis ꝑuigil obſeruator, atq; indefeſſus cuſtos, auditoribus ſuis frequenter proferre ſolebat, Aſpectum ab aere circunfuſo accipere lumen, & a liberalibus diſciplinis animum. Nec immerito philoſophus tantus liberales diſciplinas magnificauit, nam ſi quis e mortalium cœtu literas atq; ingenuas abſtulerit diſciplinas, inter humanū genꝰ, & bruta nullum fere poſſe dari diſcrimen arbitror. Hinc Ariſtippus dicebat, ſatius eſſe mendicum fieri hominē, quam indoctum: quod ille tātum pecunijs egeat, hic autem humanitate. Idem interrogatus in quo docti ab indoctis differēt, dixiſſe fertur, in eo quo equi domiti ab indomitis: nam vt equus indomitus ad omnē eſt vſum incommodus, ita etiam & homo, niſi eruditione, artiumq; emolliatur ſtudio. Quamobrem qui mea ſententia de Humano genere bene videntur meriti ſunt, hi qui literarum & bonarum artium ſtudia, vel naturę arcana, vel tandem vitę, morumq; diſciplinam per ſe, atque per alios inuētam literis mandare,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

& ad poſteros tranſmittere curam t. Fieri tamen plerũque ſolet, homines multi formi eruditiõis inſtructos ſuppelleƈtili ingenij ſui fœtus non excludere, neque ſuorum ſtudiorum emolumenta in lucem edere, poſterisq; relinquere: quia verecundia quadã nimis ruſtica, & indecora impediũtur: vel inani, ac illaudato metu ob humani iuditij varietatem, & obtrectationis rabiem ad finem vſque retardãtur. Aſpectu quidẽ ſentiunt, ac intelligunt, propriam Famam, Dignitatem, atque Exiſtimationem Zoylorum calumnijs eſſe expoſitam. At cum pudor ille, ac metus a virtutis, honeſtatisq; via, & a vero, & perfecto erga proximum amore ab errare maxime videãtur, ideo illis poſt habitis nobis potius enitendum eſſe cenſeo, vt publicam ſcholaſticæ vitæ vtilitatem priuatis noſtris affectibus prę feramus: ne forſan humani generis commodis inuidiſſe videamur. Quamobrem Præſul ampliſſime vitæ meę rationem a longo tẽpore ita inſtitui, vt nihil prius, aut felicius eſſe duxerim, quam nobiliſſimam hominis partem liberalib⁹ diſciplinis ꝓ meis viribus excolere. Quid quod vt commodius ex animi cederet ſententia Proprio relicto domicilio, Parentibus, Fratribus, Amicis, & illis omnibus quę homini iucũda eſſe poſſunt, Cęſarauguſtanam aduentaui ſcholam, in qua bis iam auditorib⁹ meis vniuerſam Ariſtotelis logicam, & Naturę philoſophiam, Metaphyſicam vero eiuſdẽ philoſophi ſemel ſum interpretatus. At cum idem ingenuarum artium Curriculum tertio initurus eſſem, omnem meam curam, & animi cogitationem in id ſtudium contuli, ut eam inſtituendi iuuentutem

tutem ſtudioſam ſeligerem rationem, qua non meis auditoribus ſolum, ſed & ſtudioſis omnibus etiam quam maxime prodeſſe poſſem. Videbam quidem antiquorum introductiones in Ariſtotelis Dialecticã, quas ſub nomine Sũmularum publice profitẽtur, plenas eſſe tricarum inutilium, quas varijs in diſputationibus redundantes iudicaui: vt in diffuſo propoſitionum Exponibilium proceſſu, in quib⁹ vocabuli virtute cognita quantum ad ſuppoſitionẽ, a quo exponibiles nominantur, nihil aliud deſiderandũ fore puto a grãmatico, & latino ſenſu. In quibus deinde cũ nulla Quinque vocum Porphyrij, Prędicamentorũ Ariſtotelis, neque formarum Raticinationis abſoluta & breuis cognitio detur, nullam in Ariſtotelis inſtitutionem quę alicuius ſit emolumenti conferri poſſe cenſeo. Qua enim ratione quęſo tenera, & ſtudioſa iuuentus veram Definiendi, & Diuidendi rationẽ habere poterit in cognitis quinque Porphyrij vocibus? Et cũ veritas Contrarijs repugnet, & Sub cõtrarijs falſitas in naturali materia, & remota, non tamen in contingenti: ideo auditorum aliquem in veram harum materierum (vt ita dicã) cognitionẽ peruenire nõ poſſe p̃dicamẽtis ĩcognitis arbitramur. Noui etiã Hos, quos vulgus Ciceronianos appellat, Dialecticã a proprijs finibus in exilium mittere, alta voce clamãtes Vocabulorum diſputatiõem, (quæ termini nominantur) Suppoſitionis, Appellationis, & Reſtrictionis cognitionem Sophiſtarum eſſe figmẽta? Et in diſputationibus non eſſe ſuppoſitiones, aut Caſus admittendos ad argumentationis bonitatem probandam ſiue

dam,ſiue deffectum declarandum,(ac ſi caſus,& ſuppoſitio efficerent aliquid ad argumentationis bonitatē? Conſequentia enim quæ ſemel eſt bona,& ſemper.)reliquum nihil præter Barbariem eſſe? Studium denique horum circa ſermonis ornatum dumtaxat eſt conſtitutum,Res vero dialecticas,propriasq; diſputationes ſecundum textus ſuperficiem attingunt: Nouaq; ſomnia in medium adducunt ſeipſos magnificantes(vt hominem, eſſe genus logicum, & Prędicamenta dialecticę non eſſe partes,librumq; Ariſtotelis de interprętatione redundare in logico organo.) quaſi deſint in facultate hac quęſtiones varię, & proprię in quibus poſſint hominum exerceri ingenia? Et inter hæc propugnandum non verentur quam plurima in Dialectica facultate abſurda concedere, primaq; principia negare. Quantum conferat terminorum cognitio ad Ariſtoteleeam doctrinā, & An ſint figmenta,in primo noſtrarum Inſtitutionum erit explicandum.De Suppoſitionis,Appellationis, & Reſtrictionis neceſſitate ſecundum Ariſtotelis inſtitutum dicemus in quinto. Qui aſſerūt indiſputationib⁹ ſuppoſitiones non eſſe admittendas, confiteri cogūtur ſe,nec Ariſtotelis verbum vidiſſe vnquam? (Cuius doctrinam amant nomine,& venerantur,)cum illis vtātur paſſim: præcipuæ tamen in varijs naturalis organi diſputationibus contra antiquorum ſomnia. At quamuis demus illis Argumenta huiuſmodi ſoſophiſtarum eſſe,ſi dialectici ſunt,&Ariſtoteleei ī quibus ſophiſma exiſtat, declarare tenentur,aut propriam ignorantiam confiteri ſecundum illud Philoſophi Elen-

Phi Elench.2.c.1. ſi is qui in orationibus eſt conſocius, orationes vituperat, cum nihil habeat, quod determinet de vitioſitate earum, dat ſuſpitionem, quod videri velit inſoleſcere, non quia ſit verum, ſed propter imperitiam. Quanta ſit eorum dementia, qui proferunt, dumtaxat eſſe Ciceronis vocabulis vtendum, & prueri norunt: Tum quia non licet omnibus vocabulis vti, quibus & ipſe Cicero: neque de omnibus rebus integram, & perfectam ipſe eſt diſputationem perſequutus. Tum etiam quia facultates ſingulæ peculiares voces habent, quibus inſtrumentorum loco vtuntur: ſuntq; inter eas complures proprios conceptus declarãtes, qui alijs nequeunt vocibus explicari. Si ergo Cicero nulla neceſſitate cogente Appietatem dixit pro rebus Appij, & Lentulitatem pro rebus Lentuli: quid mirum ſi in Dialectica illis vocabulis vtimur, quæ apud peritiſſimos hactenus recepta ſunt: præcipue tamen in theologorũ ſchola in quã dialecticorum inſtrumentorum vſus eſt ſummopere neceſſarius, & frequens. Audiant quæſo communem harum vocum vſum calumniantes Ariſtotelem dicẽtẽ (.top.1.c.14.) Omino eſſe vitandã a dialecticis diſpuationẽ ad nomẽ, niſi quis non poſſit aliter de re ꝓpoſita diſſere. Quid amplius dicã: cum & ipſemet illis vocabulis paſſim vtãtur & frequẽter, quę dãnãt, quia barbara: eo quod nequeunt proprios aliter declarare cõceptus. Vt in ſimpliciũ enũciationũ diſputatiõe, q̃ ab ipſiis modificatę nominanẽ, his vocabulis vtũtur, Poſſibile. Impoſſibile, Cõtingens, Dictũ. In Ante ꝑdicamẽtis inſuper, q̃ nobis Denoĩatiua, ipſi Paronyma

 dicunt:

dicunt: & cum in Denominatione concurrant tria, Denominans inquam, Denominatum, & Denominatiuum, triaq; hæc nequeunt ab ipſis explicari, niſi noſtris vocibus vtantur. Cum ergo mecum hæc omnia perpenderem Digniſſime Præſul, qui vitę ornamẽto non minus es clariſſimus, quam põtificio titulo, poſtpoſita ruſtica, & indecora verecundia: poſt habito etiam humani iuditij, & Zoylorum metu, Inſtitutiones Dialecticas in medium edere curaui ab vtroque extremorum liberas, & immunes. Suo quidem ambitu ea qua fieri potuit ſermonis breuitate, illa omnia cõprahundunt, & nihil vltra, quę ad veram, & facilem diſſerendi rationem pertinere creduntur: omnium fere Vocabulorum quibus theologorum ſchola vtitur ſeruato vſu: dedi tamen operã inter vtriuſque vocis tractationẽ frequenter declarandũ, vt noſtra hęc Dialectica Inſtitutio omnibus eſſet vtilis, & communis. Et vt facilior eſſet noſtrarum Inſtitutionum aditus, hanc primam exercitationem prę mittendam iudicaui, in qua vnius fere menſis ſpatio iuuentus tenera rudem quandam cognitionem poterit habere, eorum quę dialecticę facultatis ſunt peculiaria: qua nẽpe rudi cognitione diſpoſiti ſtudioſi iuuenes maxima facilitate, mediocri labore, Cura, & diligentia, noſtrarum Inſtitutionum auxilio in dialecticę facultatis culmen poterũt peruenire. Quamobrem tyronum gratia ad quos hęc eduntur ſtudio, & compoſita opera ſcribendi ſtilum demiſimus, multaq; vocabula retinuim⁹ & ſi parum latina, vſu tamen recepta in peritiſſimorũ ſchola, vt prędixi. Hacten⁹ Archi pręſul Ampliſſime, ac Cæſa

ac Cęſarauguſtani populi illuſtriſſime princeps om-
nem mei conſilij,atq; animi ſententiam expoſui:tan-
tum ſupereſt,vt harum Inſtitutionum mearū patroci-
nium non dedigneris ſuſcipere contra illud hominū
genus, quibus nihil eſt antiquius,quam repræhēdere,
accuſare,arguere,& exagitare,quę intelligere,neque
pręſtare valēt:Quid quod facturum te ſpero pro tua
regia virtute & glorię digna: Pro multiplici atq; ex-
acta rerum cognitiōe: Pro tua dignitate ampliſſima,
& prudētia: Qua gregem tibi a Chriſto deo optimo,
& maximo ſeruatore noſtro commiſſum vigilantiſſi
mo curas ſtudio: ſpeciatiſſimo tuę pacis exemplo cō
ſeruas:ſitientem conſilio potas, & doctrina:nudum
contra iniuriarum pluuiam tegis:qua tandem erudi-
torum es decus,ac pręſidium, qui ad te vt ad ſacram
confugiunt anchoram.Quam ob rem princeps clariſ
ſimę,ac digniſſime te pro amplitudine tua, & dignita
te etiam,atq; etiam vehementer oro, & obteſtor,vt
noſtras has Inſtitutiones Dialecticas patrocinio tuo,
tuaq; auctoritate grauiſſima in clipei modum munitas
in publicum patiaris prodire.Quib⁹ ſi Logicis,ſi Ariſ
toteleis reb⁹ luminis aliquid attuli: ſiquam ad omnes
Philoſopię partes viam paraui, & aditū,omnia inquā
tibi referri ſummopere opto,atque deſidero:tū quia
ad hęc lōgeq; grauiora ſubeunda ſępe numero,& fre
quenter addideris animum: tum etiam vt intelligant
omnes,quantopere tuam regiam dignitatem,& mag
nitudinem pro tuis magnis, & ſingularib⁹ meritis ve
nerer,& colam.Non ſolum ego, verum & hæc noſ-
tra veterana,& antiqua,inops,& iam fere diruta ſcho
la,cui

ia. cui a pontifice maximo digniſſimus es Princeps, & Præpoſitus conſtitutus: Quę varijs vndique indies ex agitata moleſtijs, anguſtijs & iſnectationibus a tua Illuſtriſſima, liberali, & regia manu auxilium expectat, decꝰ, ac reformationem. Quare a deo optimo, & maximo ſummis pręcibus peto, & oro, vt te tuamq; admirabilem dignitatē, qua Pręſulem agis nulla ex parte non abſolutum, ſua ſemper cura & cuſtodia Reipublicæ & Academię noſtræ tueatur, ac ſeruet: meq; tui obſeruantiſſimum, ac tuę amplitudini imperpetuū eſſe deditiſſimū ſua magna, infinita, atq; ineffabili dignetur benignitate.

Bene valeat veſtra Illuſtriſſima. D. ex
Muſeolo noſtro Decimo quinto
Calendas ſeptembris.
1562.

¶AD ILLVSTRISSIMVM ET REVE-
rendiſſimum. D. D. Ferdinandũ Aragonium Archi
epiſcopum Cæſarauguſtanum Antonius
Polus in Autoris cõmendationem.
De caſtichon.

En tibi Serrani logices hæc dogmata Præſul,
Doctoris noſtri temporis eximii.
Pinxit Ariſtides ſic nunquam ſigna animorum,
Vt logicæ ſpeciem pinxit hic arte noua.
Qua ſuperat logicos, & priſcos, atq; futuros,
Vt ueneris Coæ pictor in arte ſua.
O mihi ſi talem doctorem fata dediſſent,
Gloria quanta illi ſum, mihi tanta foret.
Hoc opus inuidiæ metuet non ſcommata, ronchos,
Nullas te ſannas, præſide præſul ait.

MICHAELI BELENOVERII, ARtium magiſtri in Dialecticæ facultatis primordia ad auditorē. Carmen.

Accipe qui ſacro fluxerunt fonte liquores,
quos nunc ex hauſit doctor amore tui.
Dogmata per lectis congeſſit, & undique libris,
hactenus eſt quiſquam, qui breuiora dedit?
Dogmata mellifluo fluxerunt quæ ſtagyrei,
ore ſatis uera detegit ipſe fidæ.
Eſt ſophias cupido breuiter congeſta papirus,
quam muſa ex quuſit calliopea tibi.
Barbara conticeāt ueterum monumentā parentum,
unius tantum nunc celebretur honor.
Nam tibi per facilem præbet, manſumq; tyroni
uictum, cum creſcas uberiora dabit.
Hæc congeſta nimis maiora uolumina gyro,
concludit ueterum charta notata breui.
Hac breuius ſophias poteris penetralia adire,
an fractus expers hic quoque monſtrat iter.
Hanc igitur iuuenis teneas, uoluasq;, terasq;,
nam tibi quam minimo magna labore dabit.

¶FRANCISCI BLASCI .M. IOannis Serrani auditor ad lectorem. Carmen.

IAm iam lector habes, tota quod mente petiſti,
egregiumq; tenes in logica arte ducem.
Iamq; intrare potes tutus, mihi crede charybdim,
& Cillam, & ſirteis ſedulitate ducis.
Quidquid Ariſtoteles princeps eſt qui ſapientium,
quid quid & edocuit maximus ille Plato.
Cunctaq; Porhyrius perſcripſit quæ ordine longo,
cunctaq; perdocti quæ poſuere uiri.
Comprimit is totum, pro illo compendia ponit,
ordine longo ſed breuitate quidem.
Si cupis illius proprium cognoſcere nomen,
tantaq; nunc uirtus peruenit unde petis.
Qualis homo poterat uires æquare labori,
tanto quidem præter docta minerua dedit.
Congeſſit rubeis Serranus lilia campis,
hos etiam flores, quos liber iſte trahit.
Serrano hæc igitur debentur præmia ſoli,
qui lucem tantam ſic tulit orbi nouam.
Curribus ut ſummis cum ſcandit phæbus in orbem,
atq; illuſtratur lampade clara dies.
Hunc teneas ſemper rogamus mente libellum,
quem ſi per diſcas, crede peritus eris.

IOANNIS PERELLE SQVARRENſis. M. Ioannis Serrani diſcipuli in operis, autoris, & facultatis huius laudẽ ad iuuentutem.

Carmina.

SI cupis o iuuenis Logices præcepta tenere,
Hunc manibus porta ſemper, & ante librum.
Accidet ut flores magnos, ſimul atq; recentes,
Inuenias lectos commoditate tua.
Legit eos doctor uariis a ſentibus agri,
Nomine Serranus præditus arte tibi.
Rectius ut ualeas præſentem diſcere curſum,
Et citius patriam doctus adire tuam.
Dicitur hic codex Logica introductio recta,
Et reſoluta, breuis, ſummaq; cuncta docens.
Tradidit hæc princeps Logices per plurima uerba,
Attamen hic paucis cuncta reſoluit ea.
Condidit obſcure, quæ nobis ipſe reliquit,
Iſte tamen reddit lucidiora die.
Forſitan obiicies complures eſſe libellos,
Nomine, quo præſens dicitur eſſe quidem.
Inuenies nuſquam ſimilem, qui det tibi frugem,
Hic ſuperat reliquos, uolue, reuolue libros.
Verius ut credas, quibus a me ſunt tibi dicta,
Autoris uires, conuenit, ipſe citem.
Artibus ingenuis eſt mire præditus, atq;
Omnibus in rebus doctus, & inde bonus.

In propriis ſtudiis prudens, & promptus ad omne,
Quod dubitando roges, ſoluet is ecce tibi.
Feruet amore docens, & querens utile quodq;
Commoda, quo poſſit, maxima ferre ſuis.
Præterit haud quaquam contemnens quemq; librorum,
Præterit haud textum, quin manifeſtet eis.
Quæq; docet Logices per curſum, dictat abunde,
Quæq; docet clare dictat, & ille bene.
Librorum ſeriem non paruam poſſidet iſte,
Quos manibus uoluit ſæpius, atq; legit.
Quid tibi de Logica præſtanti munere dicam?
Quis poterit laudes eius amore loqui?
Eſt ea, quæ præſtat reliquis non parua facultas,
Præſidio cuius quæ ſua quæq; probat.
Excolit ingenium tenebras luce ſecando.
Artibus hæc cunctis lege praeire ualet.
Si Logicam demis, perimuntur, quæq; ſuperſunt,
Sin alias tollis, permanet illa uigens.
Dux, regina, poteſt aliarum iure uocari,
Re ſuperans illas, nomine iunge ſuo.
Hanc ſtudio magno, tibi conſulo, diſcere cura,
Quam capies frugem, tu mihi teſtis eris.
Accipe mi lector præſentia, quæ tibi condo,
Carmina, te quæſo qua bonitate dedi.

¶ Errata ſic corrige, Numerus primus foliū declarat. .A, primam illius faciem. B alteram. & alter numerus linearum numerum.

2.a.20. lege cognitione.b. 5. perfectum. 7. conſtruitur.7.a.4. attrahens.9.a.9. indiuiduas.10.a.23. quando ſubiectum latius patet prædicato.b. 12. non omnis homo currit.17.a.9. formis.18.a.9. proprium d ſpecie.19.a.23: quod definitioni.b.8. definitio.22.a.23.determinatione.b. 26. apparenter.23. b.7. ſeculitate. 18. præcibus.

DIALE-
CTICAE INSTITVTIONES. M. IO-
annis Serranni in Academia Cæſarauguſtana philoſophiam publice profitentis exercitatio prima.

CAP. I. EXPLICAT PRIMAE
exercitationis inſtitutum.

CVM *animaduerterē ingenioſe lector, prima principia rerum omnium, & ſcientiarum maioris eſſe uirtutis quā magnitudi-* 1. cœli.
nis iuxta Philoſophi ſentētiam, minimūq; ca. 5.
errorem in principio in infinitum ſuſcipere augmentum, noſtris inſtitutionibus præmittere decreui breuem & rudem quandam cognitionē rerum omnium, quæ principii & fundamenti locum in Dialectica *facultate obtinere creduntur. Tum quia facultas hæc difficilis eſt cognitu: tum etiam quia eius integra ſingularis, & perfecta compræhēſio eſt ſummopere neceſſaria.* Dialectica *enim ex communi peripateticorū ſententia omnium ſciētiarum methodus eſt, & inſtrumētum.* Cum *ergo noſtrarum inſtitutionū ꝓpoſitum ſit, iuuenum animos ſincere & perfecte diſponere ad Ariſtotelis logicum organum profundamente rimandum*

Ideo id efficere curabimus eorũ qui rerum formas, & figuras uariis lineis & coloribus repræſentãt ueſtigia imitantes). Sicut enim lineam lineæ addunt, & colorem colori iungunt ac miſcent, quo uſq; rei formã terminauerint, ac imaginem perfecerint: nos etiam non uerebimur lineam lineæ, & colorem colori addere: eadẽ in quã bis uel ſi ter oportuerit pferre. Dabo itaque operam in hac prima exercitatione, primas & craſſiores lineas proponere, ut tandem in altera liceat perfectionibus documentis iuuenum diſponere animos ad perfectam dialectices effigiem, & formam peripateticam in ſe recipiendum. Primæ deniq; huius exercitationis inſtitutum erit, quid Dialectica ſit. Quot, & quæ ſint eius partes ſecundum materiam; & quæ eius inſtrumenta declarare. Quibus (craſſa quod aiunt Minerua) expoſitis, præſens terminabitur inſtitutũ.

¶CAPITVLVM SECVNDVM
Quid Dialectica, quid ſit officium, & inſtrumenta declarat.

Quid dialec. Doce. quid. DIalectica eſt ſcientia, uia, & ars, recte docẽdi. Docere quidem eſt obſcura & occulta manifeſtare: obſcurum autem omne, cuius cognitionẽ deſideramus ſimplex eſt, uel compoſitũ: obſcurum ſimplex (ut eſt homo) definitione terminatur, explicante

Obſcu

quid

rũ ſimi. quid illud ſit, aut ſignificet: & diuiſione, ſi illud uariũ multiplex uel ambiguum fuerit. Obſcurum complexũ (quod propoſitio uel ſimplex dicitur enũciatio, ut an homo ſit capax rationis) Argumẽtatiõe, qua ſit ne uerum an falſum, declaramus: hinc fit dialecticam difiniendi, & diſputandi ſcientiã eſſe: dialectici q; officiũ, docere: inſtrumenta uero quibus docet ſunt definitio, diuiſio, & argumentatio. Dialecticæ partes ſunt ſecundum materiam tres. Prima eſt ſimplicium cognitio: ſecũda compoſitio & diuiſio ſimplicium: tertia eſt ratiocinatio, ex ſimplicium compoſitione & diuiſione. Illa quæ ſimplicia ſunt, ad decem capita reuocãtur, quæ decem prima rerum genera dicuntur, ſuntque ſubſtantia, Quãtitas, Relatio, Qualitas, Actio, Paſſio, Vbi, Quãdo, Situs & Habitus. Hæc prima decẽ rerũ gñâ cõmuni nomine prædicamẽta nominantur, cõpræhendunt quidẽ nomina rerũ ſecundũ debitam & uerã ſubiectionem & prædicationẽ. At quia hæc debita prædicatio, & ſubiectio non poterit plene compræhẽdi ſine cognitinoẽ quarũdam uocum, quæ prædicabilia eſſe dicũtur, ideo quid Prædicabile, quid uniuerſale, & quot ſint prædicabiliũ ſpecies, explicem⁹ oportet, priuſquã in categoriarũ diſputatiõe ueniam⁹. Deinde rerũ ordine cognito, aperiemus uiã docẽdi res ſimplices Definitiõe, & diuiſione: ꝑterea de ſimpliciũ cõpoſitione, & diuiſiõe agem⁹, ſiue de enũciatione: & tandẽ de Argumen

quã ratermi.

Obſcurũ cõplexũ.

Alia dialecti. defini.

Offici. dialec.

Inſtrumenta.

partes.

decem ſũt prima rerũ geñ.

diuiſio & ordo eo. q̃ ĩ hac prima exercitatiõe cõti.

gumētatione, quæ ex enūciationibus conſtruitur enū ciatiōis q; ueritatē a falſitate diuidit & ſeparat. Quæ

Fīis dialecticę cum ita ſint, non mirum erit proferre, ultimum Dialecticæ ſcopum eſſe ueritatem diſputando declarare: cū definitio, & diuiſio, ad perfectum ſimplicis enūciationis cognitionem conducāt & argumentatio (quæ ex ſimplicibus conſtruitur enunciationibus) in ueritatis ſcientiam, & iudicium tendat, & dirigatur.

¶CAPVT. III. QVID PRAEDICAbile, uniuerſale, indiuiduū, quot ſint prædicabilia, & breuem ſingulorum diſputationē perſequitur.

Prædicabile. PRædicabile nomen eſt commune, quod poteſt de pluribus uniuoce prædicari: ut animal de homine, & leone. Dicitur prædicabile a prædicādo, declarat quidem, quæ uox poſſit commode dici de alia. Vniuoce prædicari, eſt communi nomine, & eadem ſubſtantiæ ratione uere affirmari de pluribus: ut animal de homine, & boue: ſinguli quidē homines animalia ſunt, & nuncupātur. Aequiuoce prædicari, eſt uere de pluribus affirmari nomine communi, diuerſa tamen ſubſtantiæ ratione: ut canis de eo qui eſt in terra, & cœlo. Vniuerſale idē eſt, quod prædicabile: quāuis interdum definiatur per dici de multis, interdū autem per eſſe in multis: hoc certo ſcimus, uniuerſalia nō

Vniuoce dici. Aequiuoce. Vniuerſale.

poſſe

poſſe prædicari de multis, nieſſent ipſa communes cō Prædi-
ceptus in multis exiſtentes. Prædicabilia quinq; ſunt, cabilia
Genus, Species, Differentia, proprium, & Accidens. quinq;.
Vſus prædicabilium confert, ad prædicamētorum do Quan-
ctrinam intelligendam: ad diuiſionem, definitionem: tū con
& ad demōſtrationem: (quæ ſunt tria potiſſimum in fert p̄-
ſtrumenta) & ad diſciplinas comparādas. Indiuiduū dicabi-
proprie prædicabile non eſt, cum de uno ſolo prædice liū vſ9.
tur, quia non eſt uniuerſale, eſt tamen uniuerſaliū fun Indiui
damentum. Indiuiduum quidem nomen eſt rem ſigni duum.
ficans ſingularem, ut Petrus, iſte homo. Genus eſt cō- 1. Gen9
mune nomē, quod d̄ pluribus ſpē differētibus uniuoce quid.
prædicatur, in eo quod quid eſt: ut animal de homine,
& Aquila. Duplex eſt genus, medium, & ſupræmum. duplex
Supræmum eſt, quod nō poteſt eſſe ſpecies, cum ſit ge- genus.
nus: quia non eſt aliud genus illo ſuperius: ut ſubſtan- Supręm
tia. Mediū dicitur, quod in ordine ad inferiora eſt ge- mum,
nus, & in ordine ad ſuperiora ſpecies: ut animal eſt ge Mediū
nus hominis, & ſpecies corporis aīati. Species eſt cō genus.
mune nomen, quod de numero differentibus poteſt in ſpecies
quid prædicari: ut homo de Petro, & Ioāne. Differūt quid.
numero eiuſdem ſpeciei indiuidua. Differunt ſpecie Differ-
diuerſæ eiuſdē generis formæ. Differunt genere eiuſ re.
dem prædicamēti diuerſa genera, uel ſub illis compræ Diuer-
henſa: Quæ ſunt diuerſorum prædicamentorū, diuer- ſa quę.
ſa potius dicuntur, quam differentia. Duplex eſt ſpe- duplex ſpecies

ecies ultima nempe, infra quam ſunt tantum indiuidua
3.diffe. (ut homo) & media, quæ reſpectu diuerſorum eſt ge
nus, & ſpecies, ut animal. Differētia eſt commune no
Diffe. men, quod de pluribus prædicatur uniuoce in quale ſe
officia. cundum eſſentiā: ut quale quid eſt homo, rationale eſ
ſe dicemus. hæc genus diuidit, & generi addita ſpeciē
4.Pro. conficit, & per eam eiuſdem generis ſpecies diſtingun
tur. Proprium eſt nomē commune, quod uniuoce præ
Propr. dicatur in quale accidentale, & reciproce de illo cuius
origo. eſt proprium, ut ridere de homine. Proprium emanat
a principiis ſecundum eſſentiam, & ideo ſecundum rē
triplex neque ſecūdum rationem non poteſt ſeparari a re. Tri
propri. plex eſt ꝓpriū, generis, ſpeciei, & īdiuidui. Moueri eſt
proprium animalis, ridere hominis, Petri uero has ope
rationes exercere, talem inclinationem habere, cum a
5.Acci. lus quæ proprietates indiuiduorum eſſe dicūtur. Acci
dens eſt commune nomen, quod poteſt prædicari de
pluribus uniuoce in quale accidentale non tamen reci
proce, imo poteſt de eadem re ſucceſſiue affirmari, &
duplex uere: ut homo eſt albus, homo non eſt albus. Accidens
acci. quod à principiis indiuidui procedit, inſeparabile phy
ſice eſt: ut cygni candor, non tamē logice: omnia enim
Quę ꝑ accidentia quæ non ſunt propria, a re ſeparari poſſunt
dicān. mente ſine corruptione eſſentiæ illius. Ex his omni
vere et bus apparet, ſuperiora prædicari de inferioribus aut
de qui. æqualia de æqualibus, uel accidens concretum (ut al

bum de

bum de ſubiecto. Hæc ultima prædicatio dicitur deo nominatiua, antecedens uniuoca, aliæ ab his æquiuocæ erunt. Singu. ꝑdica. nomi.

CAP. IIII. DE PRAEDICAmentis, ac decem primis rerum generibus.

PRædicamentum eſt ordo, generum, et formarum, (quæ ex illis naſcuntur) ſub uno genere ſupremo, quæ ſecundum ſubiectionis, & prædicationis ſeriem ſunt diſpoſita. Quid ꝑdica. Cognitio prædicamentorum eſt neceſſaria, ad cognoſcendas internas rerum naturas, earundemque ordinem, ne illas cum accidentibus confundamus. Cognitionis neceſ. Prædicamenta eſſe decem diximus: quorum numerus a diuerſo modo prædicādi de prima ſubſtātia uſurpatur; quæ ſola ratiōe diuidūtur. A quo ſumit nume. ꝑdica. Subſtātia eſt omnium primū, quia eſt aliis nobilius, cū ſit aliorum omniū ſubiectū, ſine quo illa eſſe nequeūt. Quare ſubſtā. eſt pri. Eſt tamen obſeruandum, ſupra omnia prædicamenta ſex eſſe nomina, quæ trāſcendentia dicūtur: (ens, res, unum, aliquid, uerum & bonum) quæ de qualibet re prædicātur: declarant quidē cōmunes & uniuerſos eſſendi rerū modos, ꝑdicamēta uero ſpeciales. Nume. trāſcē. Subſtātia dicitē res q̄ p ſe ſubſiſtit, & nō eſt ī ſubiecto: imo eſt omniū accidentiū ſubiectū, q̄ diuiditur in primam & 1. ſubſtantia.

ſecundam. Primæ ſubſtantiæ dicuntur, ſpecierum in diuidua: quia primo accidentia ſuſtinent. Secundæ uero, genera & ſpecies, quæ accidentium ſubiectum eſſe nominãtur ꝑpter primas: ut homo dicitur albus, quia Petrus, uel Ioannes. Eſt obſeruandum, in recta prædicamenti linea poni tantum, genera, ſpecies, & indiuidua: in latere uero differentias: reuocantur tamen partes ad illud prædicamẽtum, in quo ponitur res, ut manus ad ſubſtantiam. Subſtantia ergo diuiditur, in corpoream & incorporeã: (ſub incorporea, Animæ ſeparatæ, & intelligentiæ compræhẽdũtur) Corpus diuiditur in ſimplex, & concretum, (ſub corpore ſimplici cæleſtia corpora, quatuor elemẽta, ignis nempe, aer, aqua & terra.) Corpus cõpoſitum in perfectum, & imperfectum, (Sub corpore imperfecto meteorologicæ impræſſiões, quales ſunt uentus, tonitru, fulgur.) Corpus perfectum in animatũ & inanimatũ. (Sub corpore anima carẽte lapides, & mineralia.) Corpꝰ animatum inſenſitiuũ, & ſenſus expers. (Sub corpore animato ſenſu carẽte, plantæ, herbæ, & frutices.) Corpus animatũ ſentiẽs in capax, & rationis expers: capax rationis homo eſt, ſub quo indiuidui homines: expers rationis brutum, ſub quo brutorum genera, ſpecies, & indiuidua continentur. Subſtantia caret contrario. Non ſuſcipit magis nec minus. Subſtantiæ eſt maxime propriũ, illam poſſe ſucceſſiue recipere cõtraria acci

Quę ponũtur in recta prædicamẽti linea.

Subſtãtię diuiſio.

ꝓpria.

ria accidentia quorum ſubiectum eſſe poteſt. Quanti tas eſt accidens, a quo res quantæ dicuntur, aut habe re partes. Diuiditur in continuam, & diſcretam. Con tinua eſt, cuius partes ad communem terminum co pulantur. & ſunt linea, ſuperficies, corpus, locus, & tempus. Diſcreta quantitas eſt, quæ habet partes ad terminum communem non copulatas: & ſunt duæ eius ſpecies, numerus, nempe & oratio. Quanti tas caret contrario. Non ſuſcipit magis & minus. Ma xime proprium quantitatis eſt, ſecundum eam æquale uel inæquale dici. Relata ſunt rerum comparationes: nomina ergo ſignificantia non res exiſtentes, ſed rerũ collationem inter ſe, relata uocantur: ut pater non ſi gnificat hominem, ſed reſpectũ perſone generantis ad genitã. In hoc ergo prædicamẽto duo ſpectanda ſunt, terminus inquam, & fundamentum. Fundamẽtum il lud eſt, a quo relatio oritur. Terminus eſt res, ad quam fit relatio. Relata ſecundum qualitatem magis & mi nus ſuſcipiunt. Inter ſe reciprocãtur. & ſimul ſunt na tura: quare unũ per alterum definitur, quia eſt cum eo ſimul notum. Qualitas eſt nomen ſignificans illud ac cidens, a quo ſubiectum quale denominatur: ut a calo re calidum: eius quatuor ſunt ſpecies. Prima eſt habi tus & diſpoſitio. Habitus eſt qualitas, ſenſu non perce ptibilis ab operandi conſuetudine parta, diſponẽs ſub iectum ad exercendum corporeas, uel ſpirituales ope rationes

2. Quãtitas. diuiſio. Continua. Diſcreta. ꝓpria. 3. Relatio. Fundamentũ relationis. ꝓpria. Qualitas. 4. 1. Species. Habitus.

Diſpo. rationes:ut artes,& ſcientiæ. Diſpoſitio eſt qualitas
2.Spe. in habitum tendens. Secunda, ſpecies eſt, naturalis
Natū. potentia,uel impotentia. Naturalis potentia eſt,con-
poten. genita qualitas,corpori,uel animæ,ſenſu nō percepta,
Impo. per quam potentes efficimur ad aliquid agendum.Na
turalis impotentia, eſt congenita corporis, uel animæ
3.Spe. qualitas,qua reddimur ad agendum impotentes. Ter
Patibi. tia ſpecies eſt paſſio, uel patibilis qualitas. Patibilis
quali. qualitas dicitur,quæ ſenſu percipitur,& diu in ſubie-
Paſſio. cto manet. Paſſio uero, quæ tranſit ſtatim:ut rubor a
4.Spe. uerecundia procedens, uel pallor ex timore. Quarta
ſpecies eſt forma,uel figura:& ſunt cōpoſitiones parti
ꝓpria. um ſecundum rerū materiā a natura uel ab arte. Qua
litati cōtrarietas ineſt: Magis,& minus ſuſcipiūt ſub-
iecta ratiōe qualitatū. Maxime propriū eſt qualitatis
5.actio ſecūdum eam ſimile,uel diſſimile dici. Actio eſt nomē
effectū ab agente procedens declarans ratiōe applica
6.Paſſi. tionis illius ad paſſum. Paſſio eſt nomē eundē effectū
in paſſo receptū. Actionū aliæ corporis, aliæ Animi.
Actio. Actio aliquādo eſt contraria actioni, & ſemper eſt in
diuiſio motu,& omnis motus in actione conſeruatur. Vbi eſt
7.Vbi. nomē corporis locationē ſignificās a loci circunſcripti
one procedētē. Loci differētiæ ſunt, ſurſum, deorſum,
8 Quā. ante,retro,dextrum,& ſiniſtrum. Quando eſt rei no-
9.Sit. mē,uel affectio ex tēpore relicta:ut eſſe hodie:cras. Si
tus eſt rei nomē procedens a reſpectu partiū rei ad lo-

ci partes ut ſtare, ſedere, iacere. Habit⁹ eſt hominis nomẽ ab ornamentis corporeis procedẽs: ut armatũ eſſe, calceatũ. Certa, & diſtincta prædicamẽtorũ cognitio (ut prædixi) maxime cõfert, quia Definitionib⁹ præſtat genera, & differentias, quibus ſpecierum natura manifeſta fiat. Diuiſionibus tribuit differentias, quibus genera in ſpecies diuiduntur. Argumentationibus locorum copiam, a genere ſpecie. &c.

10. Habitus.

Vſus prædica.

¶ CAP. V. DE DEFINITIone & Diuiſione.

EXpoſito ordine ſimplicium rerum declaranda eſt uia, ſecũdum quam in earum cognitionem peruenire poſſimus, ea inquã ratione qua res ſimplices ſunt. Via ſeu inſtrumenta, quibus id efficimus duo ſunt (ut prædixi) Definitio inquã, & Diuiſio, quare utriuſque natura erit explicanda. Definitio oratio eſt definitum explicans: quæ non eſt futura diminuta, neque redundans. Definitio debet definitum (ea qua fieri poterit breuitate) propriis uocabulis explicare, quæ ſunt genus, & differentia: uel ea quæ illorum munere, & officio funguntur. Eſt obſeruandum, definitionem non ſignificare uerũ, neq; falſum: cũ nõ ſit enũciatio, iſtius quidẽ

Quid defini.

Definitionis leges.

Defin. nõ eſt propo

propoſi

propoſitionis homo eſt animal capax ratiõis, ſubiectũ
diuiſio eſt definitum, & attributum eſt definitio. Definitio-
defini- nũ alia eſt quid nominis, alia quid rei. Definitio quid
tionis. nominis eſt, quæ obſcurum modum ſignificandi decla
Quid rat: ut album eſt res habens albedinem, & hæc poteſt
nomi- nis. eſſe eorum quæ ſunt, ac poſſunt eſſe: & eorum quæ,
Quid neque ſunt, neque eſſe poſſunt. Definitio quid rei eſt,
rei. quæ rẽ explicat, & declarat: hoc definitionis genꝰ ſolũ
eſt eorũ, quæ ſunt, uel eſſe poſſunt: cuius quatuor ſunt
deffini formæ. Eſſentialis, ſiue quidditatiua, cauſalis: ex parti
nitiõis bus: & ex accidentibus. Eſſentialis dicitur, quæ per ꝓ
rei qua prium genus, & per propriam differentiam datur: &
tuor cum maxima differentiarum penuria laboremus, ideo
formę. harum definitionum numerus eſt diminutus: quando
1. Eſſen ergo res definitione ſecũdum eſſentiam fuerit explicã-
tialis. ratio d da, ſi caremus differentia propria, loco illius ꝓprio ſpe
finiẽdi cifico utemur: ut homo eſt animal capax ratiõis, homo
ſecũdũ eſt animal ad riſum aptum: hoc definitionis genere tã
eſſenti tum rerum ſpecies cuiuſcunque ſint prædicamenti de-
am. finiuntur. Cauſalis dicitur, quæ per aliquam cauſam,
2. Ex uel cauſas datur (Cauſa eſt, id a quo aliquid aliquo mo
cauſis. do procedit. Cauſæ uero ſunt quatuor materia, effici-
Quid ens, forma, & finis. Materia eſt rei ſubiectum. Forma
cauſa. eſt quæ dat eſſe rei. Efficiens eſt a qua motus incipit.
Quatu Finis gracia cuius cætera fiunt) ut domus eſt habitacu
or cau ſæ. lum ex lateribus, & lignis, ad hominis conſeruationẽ

conſtru

conſtructum, hæc diffinitio datur per materiam, & finem. Ad hoc genus definitionis reuocantur illæ, quæ per effectus dantur (ut magnes lapis eſt ferrum attrahenes.) & ab officiis: ut iuſtitia uirtus eſt ſuum unicuique reddẽs. Tertia forma eſt, quæ ex rei partibus, ſiue a partium enumeratione conflatur: ut grammatica eſt Ars recte ſcribendi, interpretandi, pronunciandi, & conſtruendi. Vltimum definitionis quid rei genus eſt, quod datur per genus, & Accidentia, quæ differentiæ loco ponunt: ut homo eſt animal bipes. Inter hæc quatuor definitionum genera, definitio quæ rei eſſentiam declarat, eſt dignior. Diuiſio eſt totius ꝑ oppoſita mẽbra diſtributio: ut animal, uel eſt capax rationis, uel expers. Diuiſum debet latius patere quocunque mẽbro. Membra inter ſe ſunt futura oppoſita. Non debet diuiſum alicui conuenire, niſi diſiunctum membrorum diuidentium eidem conueniat, neque e contra. Varia ſunt diuiſionũ genera. Primum eſt enumeratio ſignificationũ uocabuli: ut canis latrat, natat, uel eſt in cælo: quæ potius dicetur annumeratio, quam diuiſio. Alterum, eſt partitio generis in ſpecies per oppoſitas differentias: ut animal capax, uel expers rationis. Tertiũ cum totum in ſua membra diuidimus, & hæc partitio proprie dicitur: ut homo in corpus, & animam. Quartum eſt, ſubiecti in Accidentia. (ut ſcholaſticorũ alii ſtudioſi, & alii nebulones) uel accidentis in accidentia

Per effectus.
officia.
3. Ex partib.
4. Ex acci.
diuiſi.
Leges.
Significatio.
1. voca nume..
2. gen. in ſpe.
3. toti. in par.
4. Sub iec. i ac
5. acci.

tia. (ut alborum aliud dulce, & aliud amarum) hæ potius enumerationes dicentur, quam diuiſiones. Iis ergo duobus inſtrumentis quæſtio ſimplex omnis terminatur. Definitione quidem, quid res ſit, declaramus, Diuiſione uero multitudinem, & ambiguitatem diuidimus & ſeparamus. Si quis tamen ad diſputandum, uel dicēdum, rerum ſimplicium integram & perfectam cognitionem hebere deſiderat, primum quid res ſit, inquirat: deinde quas habeat cauſas. Tertio quæ ſint eius partes. Quarto quos habeat affectus: & tandem quæ repugnantia.

Quib⁹ inſtru. expli. ſimpl. quęſti. metho d⁹ quęſtionū thema. ſimpli.

¶CAP. VI. QVID PROPOSItio, & de ſimplici Enunciatione, ſiue de Categorica propoſitione ſpecialis diſputatio.

TRes diximus eſſe Dialecticæ partes ſecundū materiam. Prima ſimpliciū cognitio eſt: Altera compoſitio ac diuiſio ſimplicium: Tertia tandem ratiocinatio ex compoſitione & diuiſione. Declarauimus primam partem, præmittēdo quinque Vocum cognitionem: deinde ſimpliciūm ordinem, illa ad decem prima rerum genera reuocando: & tandem propoſuimus definitionis, & diuiſionis methodum, quibus ſimplicia illa exponuntur. His ergo ita conſtitutis alte

tis altera logicæ pars ſecundum materiam erit expli-canda, quæ dicitur Enunciatio ſimplex: conſtruitur quidem ex compoſitione, & diuiſione ſimplicium. Enunciatio, ſiue propoſitio eſt oratio indicantis modi, ex nomine & uerbo compoſita, uerum ſignificans uel falſum. Partes propoſitionis, ex quibus ſecundum materiam componitur, ſunt nomen & uerbum. Nomina dicuntur a Dialecticis (inter orationis grammaticæ partes) id quod ab ipſis appellatur nomen, uel participium recti caſus: ut homo, amans. Verbum dicitur illud, quod eſt indicantis modi, ut legit eſt. Alia nomĩa, & uerba, caſus nominum, & uerborum eſſe dicuntur: & aliæ omnes congruæ orationis partes conſignificantes eſſe nominantur. Inter orationes grammaticas ſolum eſt oratio indicantis modi Dialecticæ conſiderationis. Significare uerum, eſt ita ſignificare ſicut eſt in re: ut homo eſt animal. Significare falſum, eſt ſignificare alio modo, quam eſt in re: ut homo eſt Aſinus. Quãdo ergo propoſitio ſignificat rem eſſe, quæ eſt, uera dicitur: ut homo eſt animal. Quando rem, quæ poteſt eſſe, poſſibilis: ut Petrus eſt albus. Quando rem quæ non eſt, ſignificat eſſe, falſa: ut Adam eſt homo. Si rem quæ non poteſt eſſe impoſſibilis: ut homo rationis expers. Si rem quæ neceſſario eſt, neceſſaria: ut Deus eſt. Si rem quæ interdum eſt, interdum non eſt, contingens: ut luna defectum patitur.

Quid enun. Ex quib. parti. cõpo. ſecun. mate. Nomẽ Verbũ. Quæ oratio grãm. eſt dia. cõſide. Significatio uerũ. Signifi. falſũ. Propoſi. vera. Poſſi. Falſa. Impoſſibilis. Neceſ. Cõti.

diuiſio Diuiditur enũciatio penes ſubſtantiam in ſimplicem,
enun. & compoſitam: ſiue in cathegoricã, & hypoteticam.
Cate- Categorica eſt una ſimplex indicatiua oratio ex nomi
gorica ne, & uerbo cõſtructa: ut Clodius iure eſt occiſus. Hy
Hypo- potetica eſt oratio, ex duabus categoricis per coniun-
tetica. Partes ctionem cõpoſita: ut homo eſt animal, & homo eſt ad
pro.ca diſciplinam idoneus. De categorica dicem⁹ primo, cu
tegori. ius partes proxime ſunt tres, ſubiectum inquam, copu
Subiec la, & attributum. Subiectum illa eſt pars, de qua attri
tum. butum dicitur. Attributũ illa eſt pars, quæ dicitur de
Attri. ſubiecto. Copula eſt uerbũ attributum ſubiecto uni
Copu. ens: huius enunciationis ſimplicis, homo eſt animal, ho
mo eſt ſubiectum, animal eſt attributum, uerbum eſt,
Affir. dicitur copula: quam ſi nullum ſignum negationis an-
tecedat, affirmatio dicitur, ut homo eſt animal. Si uero
Nega. unũ, uel plura, quæ ſint in numero impari, negatio no
minatur: ut nullus homo eſt animal, non nullus homo
Quali. non eſt albus. Hæc propoſitionis conſideratio ex par-
propo. te copulæ dicitur propoſitionis qualitas: obtinet quidẽ
copula formæ rationem. Eſt inſuper obſeruãdum, ſub
iectum An ſit indiuiduum, ſiue nomen rem ſignificans
Sigula. ſingularem: uel res uniuerſa: aut cõmune nomen: quia
ſi fuerit nomen rem indiuiduã ſignificans, dicitur enũ
In d'fi. ciatio ſingularis: ut Petrus currit, iſte homo ſedet. Si
ſubiectum fuerit commune nomẽ ſine aliquo ſigno, in
Specia. definita: ut homo eſt animal. Si cũ ſigno ſpeciali, ſpe-

cialis: ut quidam homo eſt albus. Signa ſpecialia ſunt, quidam, aliquis. Si uero ſubiectum cum ſigno uniuerſo, ſiue diſtributionis uſurpetur, ꝑpoſitio uniuerſa appellatur: ut omnis homo eſt animal. Signa uniuerſa ſunt, omnis, quilibet, nullus. Hæc propoſitionis conſideratio nominatur quantitas propoſitionis: ſubiectum quidem locum materiæ ſuſtinet, & quãtitas materiæ accidens eſſe dicitur. Eſt obſeruandum, ſub nomine rem uniuerſam ſignificãte inferiores, & indiuiduas res includi, non tamẽ eodem modo in omnibus propoſitionibus. Ideo ad ueritatẽ propoſitionis ſpecialis, & indefinitæ, ſatis eſt ſingularum aliquam illius uniuerſæ dari ueram: ut homo currit, quidã homo eſt albus: prima eſt uera uno homine currente, & altera, uno homine exiſtente albo. Ad falſitatem uero requiritur, omnes ſingulares falſas dari: ut homo eſt rationis expers. Ad ueritatẽ propoſitionis uniuerſæ oportet omnes ſingulares propoſitiones eſſe ueras: ut hæc eſt uera, omnis homo eſt aptus ad riſum, quia tam Petrus, Ioannes, quam Antonius. Ad falſitatem autem ſatis eſt, ſi aliqua ſingularis falſa detur. Hæc quidem eſt falſa, omnis homo eſt albus, quia inter homines aliquis dabitur niger. Horum omnium ratio eſt, quia propoſitio uniuerſa æqui ualet copulatiuæ cõpoſitæ ex omnibus ſingularibus. Specialis, & indefinita diſiunctiuæ. Ad ueritatem autem copulatiuæ neceſſaria eſt ueritas om-

Vniuerſa.

Quãti. ꝑpoſi.

Sub re uniuerſa res i diui. cõtinetur

Quid requi. ad uer itatem ſpecia.

Ad falſitatẽ.

Quid ad ueri. uni.

Ad fal.

Vniuerſa propoſitio æquiua. co.

ſpecia. diſiun.

rilium ſingularium. Ad ueritatem diſiunctiuæ ſufficit unius ueritas: hæc ſuſtinenda erunt uſq; ad diſputationem propoſitionis hypoteticæ.

¶ CAP. VII. DE CATHEGORICARUM *Oppoſitione Aequipollentia & reciprocatione.*

Quæ propoſi. aliis poſſint cõfer. Trib⁹ modis poteſt. una ꝓ. altre. cõferri. 1. oppoſi. quid Speci. oppo. Cõtra. Sub cõtra

NAturam categoricæ propoſitionis præſenti inſtituto neceſſarium expoſuimus: quare declarãdi erunt tres modi, quibus una ſimplex propoſitio cõferri poteſt alteri, (ſi ex eiſdem nominibus, & uerbis conſtruãtur: ut homo eſt animal, homo non eſt animal: De aliis quidem non eſt curãdum, ut homo eſt animal, aſinus uolat: illæ quidem diſparatæ dicuntur eſſe.) ut ex illarum comparatione ueritas earum, & falſitas cũ illationis modo intelligãtur. Tres ergo ſunt modi, quibus una propoſitio alteri poteſt conferri, oppoſito, æquipollentia, & conuerſio, ſiue reciprocatio. De quibus ſigillatim dicemus: Oppoſitio eſt affirmationis, & negationis repugnãtia, quæ cõſtruũtur ex uerbis & extremis eiſdẽ, non ambiguis, ad idẽ cõparatis, ſecundũ idem, eodem modo, eadem ex parte, & tẽpore eodẽ. Tres ſũt oppoſitiõis ſpecies. Cõtrariæ ſiue aduerſæ, ſub cõtrariæ, cõtradicẽtes. Cõtrarie ſunt duæ uniuerſæ oppoſitæ: ut oĩs homo eſt animal, null⁹ homo eſt animal. Sub contrariæ ſunt duæ ſpeciales oppoſitæ: ut quidã homo eſt albus quidam homo non eſt albus.

(idem

(idē eſt iudiciū ſpecialis & indefinitæ.) Contradicē cōtra-
tes ſunt oppoſitæ,quarum altera eſt uniuerſa, & alte
ra ſpecialis:uel duæ ſingulares:ut omnis homo currit,
aliquis homo non currit:Petrus currit,Petrus non cur
rit. Aduerſæ ſimul falſæ eſſe poſſunt in contigenti ma
teria ſolum,ueræ nunquam ſimul. Sub cōtrariæ in cō Natu.
tigenti materia ſolum ſimul ueræ eſſe poſſunt, non ta forma.
men ſimul falſæ. Cōtradicentium altera eſt futura ue oppo.
ra,& altera falſa: ī nulla quidem materia ueræ ſimul, Lex cō traria.
neq; falſæ,poterunt dari. Subiectū,& attributū ma Sub cō traria.
teria propoſitionis cum ſint, (copula enim potius ob Cōtra.
tinet uim formæ, niſi extremi fungatur etiā officio:ut Mate.
currit,legit,talia quidem uerba copulæ & attributi ui oppoſi.
ces gerunt). dicetur propoſitio tunc ex materia remo Mate. remo.
ta conſtrui, quando ſubiectum & attributum diuerſo
rum prædicamentorum ſunt: (ut homo eſt quantitas
cōtinua) uel ſpecies diuerſæ ultimæ eiuſdem prædica
menti, uel illarum indiuidua: ut homo eſt aſinus, iſte Mate-
homo eſt iſte aſinus. Dicetur ex materia contingenti, ria con
ſi prædicatum fuerit accidens, quod poteſt uere affir tingēs.
mari, & negari de ſubiecto: quia poteſt in eſſe illi, &
ab illo ſeparari p̄ter ſubiecti corruptionē Phyſicā, &
Dialecticā (ut homo eſt alb⁹, homo ſedet.) & etiā q̄n
de p̄dicatū lati⁹ patet ſubiecto, (ut animal eſt homo)
dicet̄ materia accidentalis: animali q̄dē accidit homo,
cū nō ſit de ei⁹ eſſentia, neq; ab illo p̄cedat. Dicet̄ tā- Natu-

dē ex materia naturali cōſtrui, cū prædicatū fuerit definitio, genus, differentia, proprium, ſpecies, uel inſeparabile accidens ſubiecti: ut homo eſt animal capax rationis, ad riſum aptum. Cygnus eſt albus, coruus eſt niger. Aequipollētia eſt duarum propoſitionum quæ ex eiſdem terminis conſtruuntur æquiualentia. Contrariæ æquipollebunt negatione poſtpoſita ſubiecto: ut omnis homo eſt albus, nullus homo eſt albus: omnis homo eſt albus, nullus homo non eſt albus. Contradicentes negatione præpoſita ſubiecto: ut omnis homo currit, homo non currit: homo non currit, non omnis homo non currit. Sub contrariæ nequeunt niſi additione negatiōis, uel ſubtractione, & tunc eadem ppoſitio remanebit: ut homo currit, homo nō currit, ſi primæ addatur, uel a ſecunda ſubtrahatur. Conuerſio eſt, duarum propoſitionum, quæ ex eiſdem terminis conſtruuntur mutatio præpoſtera quantum ad uerborū ſtructurā: cum nēpe ſubiectū efficitur attributū, & attributum ſubiectū: ut homo eſt animal, ergo animal eſt homo. Cōuerſionis ſiue reciprocationis formæ ſūt tres. Simplex, per accidens. & per contrapoſitionem. Conuerſio ſimplex dicitur, quando remanent eadē propoſitionis qualitas, & quantitas. Hac ſpecie cōuerſionis reciprocātur uniuerſa negatio in uniuerſam negationē, (ut nullꝰ homo eſt animal, ergo nullū animal eſt homo) & ſpecialis affirmatio in ſpecialem affirmationem

Margin notes: 2. æquipollē. | Cōtra. | Cōtradicen. | Sub cōtrariæ. | 3. Conuerſio. | Sīplex.

nem ut homo eſt anima , ergo animal eſt homo. Dicitur inſuper conuerſio per accidens, quando manet eadem propoſitionis qualitas, non tamen quãtitas: hac cõuerſionis forma uniuerſa affirmatio, & uniuerſa negatio reciprocantur: ut omnis homo eſt animal, ergo aliquod animal eſt homo: nullus homo eſt lapis, ergo aliquis lapis non eſt homo. Dicitur tandem illa conuerſio per contra poſitionem, quando qualitate, & quantitate manentibus, nomina finita uariãtur in nomina infinita: (Nomen finitum, dicitur, quod rem ſignificat determinatam, ut homo: Nomẽ infinitũ quod rem determinatam non ſignificat: ut non homo, ſignificat quidem rem omnẽ, quæ non eſt homo). Hac ſpecie conuerſionis reciprocantur uniuerſa affirmatio, & ſpecialis negatio: ut homo non currit, ergo non currẽs non eſt non homo: omnis homo eſt albus, ergo omne non album eſt non homo. p accid. per cõtra poſitionẽ Nomẽ finitũ. infinitum.

¶CAP. VIII. DE PROPOSItione Hypotetica.

PRopoſuimus in capite ſexto Enũnciationem diuidi in ſimplicem, & compoſitam: ſiue in Categoricam, & Hypoteticam. Cum hactenus de Categorica diffuſã habuerimus diſputationẽ, de hypotetica erunt aliqua explicanda. Eſt ergo hypothe- Quid hyppotetica.

tica propoſitio, enunciatio ex duabus cathegoricis per coniunctionē cōpoſita: ut Petrus currit, & Petrus mouetur. Partes potiſſimæ ſunt orationes illæ, & coniunctio, a qua denominationē ſuſcipit. Cū enim ſint quinque coniunctionis formæ, ad quas omnes aliæ reuocātur, copulatiua inquā, (&) Diſiunctiua, (uel) cōditionalis, (ſi) cauſalis, (quia) rationalis, (ergo) manifeſte apparet, tot eſſe propoſitionis hypotheticæ formas. Eſt tamē obſeruandū, propriū eſſe omnis coniunctionis unire nomina, & orationes: cum hoc tamē diſiunctæ proprium eſt, partiū ſeparare, ac diuidere ſenſus, aliarū uero copulare. Copulatiua ergo eſt uera, ſi quælibet eius pars uera ſit: ut homo eſt animal, & homo eſt capax, diſciplinæ: falſa, cui⁹ altera pars eſt falſa, ut homo eſt animal, & uolat. Ad poſſibilitatē requiritur poſſibilitas cuiuſlibet partis, & earundē cōpoſſibilitas. Diſiūctiua eſt uera, ſi altera pars ſit uera: ut homo eſt alb⁹, uel de⁹ eſt: & falſa, ſi utraq; pars ſit falſa: ut homo eſt aſinus, uel homo uolat. Cōditionalis eſt uera, ſi ſit bona conſequentia: ut ſi homo eſt albus, homo eſt coloratus: & falſa, ſi ſit mala conſequētia: ut ſi mouetur homo, currit. Cauſalis eſt uera, ſi ſit bona conſequentia, & antecedens ac conſequens ſint ꝓpoſitiones ueræ, & ita eſſe antecedētis, ſit cauſa ita eē cōſeqn̄tis: & deficiente horum aliquo eſt falſa. Hæc eſt uera, quia homo eſt, animal ſentit: hæc eſt falſa quia homo eſt albus

Partes hyppotheti.

Quinqueſpe Cōiū.

ꝓfficiū

Copu. vera.

Falſa.

Poſſi.

Diſiunctiue.

Cōdi. uera.

Cauſa. uera.

eſt albus, mouetur. Rationalis eſt uera, ſi ſit bona con ſequentia, & antecedens & conſequens ueræ ſint pro poſitiones: (ut Petrus eſt homo, ergo eſt animal) de ficiente horum aliquo eſt falſa, ut homo eſt animal, er go Petrus mouetur. Ratio.

¶ CAP. IX. De argumētatione in Vniuerſum.

ANtecedētia capita cōprehendunt duas noſtri īſtituti partes: primā inquam de ſimpliciū diſ putatiōe quinque capitibus prioribus cōſuma tam: alterā de cōpoſitione, ac diuiſione, tribus ultimis. Cum ergo ſint hæc omnia partes argumētationis, ad quā potiſſime dirigūtur, partiū cognitione habita in to tiꝰ ſcientiā curabimꝰ de uenire. Quia pars hæc Diale ctice nobilior iudicatur omnibꝰ aliis, ideo ī eiꝰ explica tiōe hāc ſeruabimꝰ methodū. Primo inquā dicemus in uniuerſū de illis omnibꝰ, quæ ad argumētationis ratio nē ptinere credūtur. Deinde uero de argumētationis formis: tandē ſyllogimorū ſpecies (quæ ſunt demōſtra tiuꝰ, dialecticꝰ, & ſophyſticꝰ ſyllogiſmꝰ:) ea qua fieri poterit breuitate explicare curabimꝰ. Argumētatio ra tio eſt, cuiꝰ cōſequēs ex antecedēte colligit̄ ꝑ illationis notam. Antecedēs oratio eſt, ex qua conſequens infer tur per illationis notā: ut homo currit, ergo homo mo uetur: homo currit eſt antecedens, ergo, eſt illationis nota, homo mouetur, eſt conſequens. Notæ illatio nis ſunt ergo, ſi, quia: conſequēs ſemper eſt ultima pro

Diuiſi. huius partis.

Quid argu.

partes argu.

poſitio argumentationis: omnes aliæ priores ſunt antecedēs quod ſi habuerit duas partes prima, appellabitur maior propoſitio & ſecūda minor: Argumentatio nō dicitur uera: neque falſa: ſed bona, uel mala. Quare cōcedere conſequentiam, eſt admittere debitā eſſe conſequētis ex antecedēte illationem: negare uero conſequētiam, ſolum eſt non admittere conſequentis ex antecedente illationem. Illa argumentatio tantum eſt bona, inqua non poteſt dari antecedēs uerum conſequēte exiſtente falſo: ut homo eſt animal, ergo homo ſentit. Illa eſt mala, inqua poteſt dari antecedens uerum conſequente falſo: ut homo eſt animal, ergo Petrus *ſedet*. Ex *uero ſolum ſequitur uerum.* Ex *falſo uerum, & falſum, ſequi poteſt.* Ex *neceſſario ſolum neceſſarium.* Conſequens *neceſſarium ex quolibet antecedente poteſt ſequi.* Quicquid *ſequitur ad conſequēs bonæ cōſequētiæ, ſequitur ad antecedēs:* Et *quod repugnat cōſequēti, etiā antecedēti.* Argu*mētatio eſt cōmune officiū opponētis & reſpōdētis.* Oppo*nētis quatuor ſunt peculiaria.* Primum *eſt, quæſtionem excogitare, cōtra quam argumenta proponat.* Alterum *eſt, excogitata quæſtione argumenta inuenire: quod erit facilimū, ſi animaduertat extremorum naturam: deinde uero categoriæ,* Definitio, Diuiſio, *cauſæ, effecta, partes, oppoſita, & ſimilia, argumētorum copiam præſtabunt.* Ter*tium eſt illa diſponere, principium ſummendo a remo-*

tiſſimis

Argu. nō di. ue. nec fal. ſed bo vel mala.

Cōce. cōſeq.

Nega. cōſeq.

Bona argu.

Mala.

Digni. īdiſpu. ſeruā.

oppo. officia.

Qua. ſūt op. peculi.

Quæſ. exco.

Argu. inuen.

Diſpo-ſitio.

tiſſimis, & cōmunioribus concluſionis probandæ. Tā dem argumēta in modo, & figura ꝓponat, & ſolutionem a reſpondente datam impugēt: uel ad aliam quæſtionem tranſeat, ſi illud efficere non poſſit: aut diſputationi finem imponat. Reſpondens quæſtionem propoſitam bis proferat: interea tamen animaduertat, an ſimplex ſit, uel compoſita. An propria, uel aliena: Si fuerit ſimplex, tenetur reddere reſponſum ſimplex: ſi multiplex, uel ambigua, illā ſtatim diſtinguat. Et ſi illius ignoret ſenſum, ab opponente interpretationē inquirat. Si fuerit a facultate aliena illam, reiiciat, nullū ꝙ ei reddat reſponſum. Præterea argumenta propoſita contra quæſtionis ſolutionem ſemel primo proferat, ea qua proponūtur ſerie: deinde ea quæ uera ſunt, cum denominatione peculiari concedat: quæ falſa neget: quæ ambigua, uel multiplicia ſūt, diſtinguat: quæ aliena ſunt reiciat. Omne poſſibile poſitum admittere tenetur, ſi non repugnet poſitis, uel conceſſis. Nullum impoſſibile admittat unquam, neque aliquid eorum, quæ repugnāt datis uel conceſſis durante obligationis tempore. Præterea animaduertat, an concludat opponens uerum, uel falſum: quia ſi uerum, & ex ueris, aut falſis optime: ſi uero falſum ex falſis, fieri poterit. Si autem falſum concludat ex ueris determinatis, deffectus eſt in forma colligendi. Si ex ueris ſecundum apparentiam falſum colligat, conſideret fallaciā ex dicen-

in figu. & mo. ꝓpo. reſpō, effica. Sim.q. multi. quæ. Obſcura.q. alie q. Mod' reſpō. Vera conce. fal.ne. Ambi. diſtin. Alien. reiici. Poſſi. poſitū. Impoſſibile. Repu. Mod' cōclu. anima.

ex dicendis in ultimo capite, qua cognita inſtantiam afferat in ſimili arguendi modo. Hæc ſunt potiſſime animaduertenda: quæ ſuper ſunt, in quarto noſtrarum inſtitutionum libro latius explicabuntur.

¶CAP. X. DE FORMIS ARGV *mentationum.*

Argu. formæ. ARgumẽtationis formæ ſunt ſyllogiſmus, entymẽma, inductio, & exemplum: quibus deductionem, coaceruationem, dilemma, uiolationem, & enumerationem, addendas eſſe cenſemus. Syllo. nobili. aliis eſt ar. for. At cum inter hos modos obſcurum complexum terminandi, probandi, & declarandi, ratiocinatio priorem obtineat locum: quia eſt efficaciſſimus probãdi modus, ideo illius diſputationẽ primo aggrediemur: ei⁹ principia ſecudũ materiã declarãtes: deinde quid illa ſit. Mate. Ratiocinationis materia remota ſunt tria uocabula, quæ dicuntur medius terminus, maius extremum, minus extremũ. Mediũ Mediũ eſt terminus ĩ utraque antecedẽtis parte conſtitutus, qui non ponitur in concluſione. Ma. ex. Maius extremum eſt terminus in maiori propoſitione poſitus cum medio. Minus extre. Minus extremũ eſt terminus in minori propoſitione cum medio collocatus. Ma. p. Ex iis tribus terminis ꝓpoſitiones conſtruũtur: ex maiori extremo, & medio maior ꝓpoſitio: Maior ꝓpoſi. Ex minori extremo &, medio minor

minor ꝓpoſitio: Ex duobꝰ extremis ſimul, cōcluſio: Maior & minor, ꝓpoſitio, præmiſſæ uocantur: quia præmittuntur, ut ex earum ueritate cōcluſionis ueritas eluceſcat. Formalia principia, quibus hæ propoſitiones, & termini diſponuntur ad ſyllogiſmi formā, ſunt figura, & modus. Figura tres illos terminos diſponit ſecūdum debitā ſubiectionē, & prædicationē medii termini, qui ī antecedēte collocatꝰ: Figura quidē prima dicetur, quando mediū in maiori ſubiectum eſt, & in minori attributū. Dicetur ſecunda, quando mediū eſt attributum in utraque, præmiſſarū. Dicetur tertia, quādo mediū eſt ſubiectū in utraque antecedentis propoſitione. Modus tres illas propoſitiones ſecūdum debitam qualitatem. & quantitatē diſponit. Debita qualitas exigit præmiſſarum utranque non eſſe futurā negantem: & altera negante exiſtente concluſionem futuram negantem. Debita quantitas, eſt præmiſſarum quamlibet non eſſe futuram ſpecialem: & earum altera ſpeciali exiſtente, concluſionem futuram ſpecialē. (concluſio enim partem debiliorē ſequitur ſemper). Syllogiſmus ergo, eſt illa optima argumētatio, in qua uirtute ſola cognexionis medii termini cū extremis in antecēte, neceſſario ſequitur eorundē extremorū unio in conſequēte: ut omne graue tēdit deorſum, terra eſt grauis, ergo terra deorſum, tendit intellige, ſi fuerit extra naturalem locum conſtituta, & impedimento

remo

Minor ꝓpoſi.
Premiſſæ.
Cōcluſio.
Formalia pri.
Figu.
Tres ſunt ſi.
Prima. figura.
Secunda.
Tertia
Modꝰ.
Debita quali.
Debiquāti.
Syllogiſmus quid.

Piul. remoto. Diuiditur ſyllogiſmus primo ī Categoricum,
Cathe. & hypoteticum. Cathegoricus dicitur, cuius præmiſ-
Hypo. ſæ, & concluſio ſunt propoſitiones categorice. Hypo
theticus dicitur, cuius altera præmiſſarum, uel conclu
Modi ſio eſt propoſitio hypothetica. Tales ſunt omnes modi
arguē. arguendi. A tota copulatiua, ad quamlibet eius partē.
I copu. A copulatiua ad diſiunctiuam. A deſtructione unius
In diſ. partis copulatiuæ, ad totius deſtructionem. A diſiun-
In cō. ctiua ex oppoſitis extremis cum deſtructiōe unius par-
tis, ad alterius poſitionem. A poſitiōe unius partis diſ-
iunctiuæ ad totam diſiunctiuam. A tota conditionali
uera cum poſitione antecedentis, ad poſitionem con-
ſequentis. A tota conditionali cum deſtructione con-
ſequentis, ad deſtructionem antecedentis. Omnes er-
go huius modi arguendi modi dicuntur ſyllogiſmi hy-
Cathe. potetici, de quibus nō eſt potiſſimus ſermo, & ideo eo-
ī com- rum diſputationem ſilentio præteribimus. Categori-
munē cus ſyllogiſmus diuiditur inſuper in categoricū cōmu-
& ſin. nem, & ſingularem. Communis dicitur, categoricus,
Cōmu cuius medius terminus eſt commune nomen. Singula-
nis. ris dicitur, cuius medius terminus eſt indiuidui nomē:
Singu. ut Petrus currit, & Petrus eſt albus, ergo album cur-
Cathe. rit. Hi potiſſime conſtruuntur in tertia figura, de qui
cōmu. bus nihil ſupereſt dicēdum. Diuiditur præterea Cate
in pfe. goricus ſyllogiſmus & medii cōmunis in perfectum,
& im. & imperfectū. Perfectus dicitur, qui manifeſte decla
Perfe.
ſyllo. rat

rat conluſionem in ferri neceſſario ex præmiſſis: quod ſolum conuenit quatuor modis primis primæ figuræ, i quibus prædicatum maioris propoſitionis affirmatur de ſubiecto, & de quolibet ſub illo compræhẽſo, ſi fuerit ſyllogiſmus affirmans. (Vocatur ſyllogiſmus affirmatio a concluſioue, ſi enim fuerit concluſio affirmatio, dicetur ſyllogiſmus affirmans: ſi negatio negãs.) Si uero ſyllogiſmus fuerit negans, prædicatum maioris negatur de ſubiecto, & de quolibet ſub illo cõpræhenſo. Omnes alii modi aliarum figurarum & eiuſdẽ primæ, (ſi aliqui ſint a quatuor primis) dicuntur imp fecti: quia non declarant manifeſte conſequens in ferri neceſſario ex præmiſſis, niſi ad perfectos reuocẽtur, conuerſione, Præmiſſarum tranſpoſitione, uel ad incõmodum. His ergo ita conſtitutis, de ſyllogiſmorum figuris dicamus, et earũ modos declaremus oportet. Primæ figuræ ſunt quatuor modi, qui explicãtur his dictionibus. Barbara, Cœlarem Darii, Ferio, In quibus, & in modis ſecundæ, ac tertiæ figuræ, maior extremitas debet prædicari de minori in concluſione. (non me pœnituerit, communem dialecticorũ uſum alios quinque addere primæ figuræ. Baralipton, in quam, Celantes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſom, & neſcio quorſum: quia cũ indirecte concludant, in aliis figuris modos: & etiã figuras, multiplicare oporteret: poſſet quidem quarta augeri, ubi medium in maiori prædicaretur, & ĩ minori ſubiicere.

Quare tantũ perfe. quat. modis primiæ figurę.

Imper,

1. Figu. modi quat.

Maior extre. de mi. debet prędi. ĩ cõclu. modo. omniũ figura.

An pri. a figu. habeat ali. mo. a q̃. pis

rũ ſubiiceretur. Cum autem pluralitas non ſit conſtituẽda neceſſitate nõ cogẽte, ideo de illis nihil dicemꝰ. quã uis illorũ modorũ cognitio ſit facilis ex dicẽdis circa alios modos: ſi animaduertamꝰ, hos quinque cõcludere indirectè ſolũ: minus quidem extremũ de maiori ꝑdicatur ĩ cõcluſiõe:

Expli. artifi. dictio. q̃ mo. nobis decla.

(In qualibet harũ dictionũ, quæ hos modos nobis declarãt, reperiuntur tres ſyllabæ: prima ſyllaba exponit, qualis, & quãta ſit futura maior ſyllogiſmi ꝓpoſitio. Secũda qualis, & quãta ſit futura minor ꝓpoſitio. Tertia uero q̃lis & quanta ſit futura cõcluſio. Vocales aũt has ſyllabas cõſtituẽtes ſũt. A. E I. O. A. *denotat ꝓpoſitionem illi correſpondentẽ futurã uniuerſã affirmãtẽ.* E. *uniuerſã negationẽ.* I. *ſpecialẽ affirmationẽ.* O. *ſpecialẽ negationẽ.* Hic *quidẽ ſyllogiſmꝰ eſt ĩ* Barbara. *bar. omne anĩal ſubſtãtia. ba. oĩs homo eſt animal. ra. ergo oĩs homo eſt ſubſtantia.*

2. Figu. modi. 3. Mo.

Secũdæ *figuræ modi ſũt quatuor,* Ceſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco. Tertiæ *uero ſex* Darapti, Felaptõ, Feriſõ, *diſamis,* Datiſi, Bocardo, *in quibꝰ uocales illã obtinẽt uirtutẽ, quã in modis primæ figuræ expoſuimus.*

Reuo. imper. ad pfe.

Verũ *cum ſint imperfecti, quãuis bonæ ſint conſequẽtiæ, indigẽt reuocatiõe ad* ꝑfectos, *ſi aperte cognoſceore cupimus, cõcluſionẽ neceſſario ex præmiſſis inferri:*

1. *& ut hæc ĩperfectorũ ad* ꝑfectos *reuocatio ſit facilis, animaduertamꝰ oportet, primo ſyllogiſmũ imperfectũ eſſe reuocãdum ad illũ perfectũ, qui ab eadẽ litera incipit*

cipit: ut Ceſare ad celarẽ Feſtino ad ferio. Præterea ĩ 2.
qualibet harũ dictionũ, quæ ſyllogiſmos imperfectos
nobis declarant, ponitur aliqua harum literarum. c. 3.
m. p. ſ. S. *denotat, imperfectum eſſe reuocandum ad*
perfectum conuertendo ſimpliciter propoſitionẽ cor-
reſpondentem ſyllabæ, in qua litera. S. *ponitur.* P.
declarat eſſe de per accidens reciprocandam propoſi-
tionem, in qua illa ponitur. M. *Significat præmiſſa-*
rum trãſmutationem: ut Celantes reuocatur, ad Cela
rem: concluſionem ſimpliciter conuertendo. Fapeſ- Mod⁹
mo ad ferio, maiorem de per accidens conuertendo, reuo.
& minorem ſimpliciter: Deinde *uero ſunt uariandæ p̃* ad in-
miſſe. C. *ſignificat ſyllogiſmum eſſe reuocandum ad* cõmo.
perfectum ad incommodum ducendo: qui modus fit Docv.
ex oppoſito conſequentis cum altera præmiſſarum al menta
terius præmiſſæ contrarium, uel contradictorium cõ- vniuer
cludendo, ut Baroco *ad barbara. Cauendum eſt ne ar* ſal. ſyl
gumentemur ex præmiſſis negantibus. Neque ſpe- logii,
cialibus. Altera *præmiſſarum ſpeciali exiſtente, &* 1.
concluſio ſpecialis erit. Altera *exiſtente negante, &* 2.
concluſio negans erit. In *antecedente & conſequen-* 3.
te nulla ſit æquiuocatio. Medium *non ponatur in* 4.
concluſione. Syllogiſmus *ex tribus terminis conſtru-* 5.
atur. Extremum *concluſionis illius erit caſus, cuius* 6.
eſt mediũ in ſua p̃miſſa. Quod *ponitur cũ medio ĩ ma-* 7.
iori, debet poni cũ minori extremo in cõcluſione. Con 8.
9.

cluſio

10. cluſionis copula omnino ſimilis erit copulæ maioris p
poſitiōis in tēpore, determinatiōe & ampliatione. Co
pulæ uero minoris propoſitionis erit ſimilis tantū quā
11. tum ad ampliationem, uel reſtrictionem. Medium di-
12. ſtribuatur complete in altera præmiſſarum. Non pa-
teat medium latius in affirmante præmiſſa, quam in
negante. Neque in propoſitione in qua non diſtribui-
1. docu tur, quam in illa in qua diſtribuitur. Maior in prima,
ſpecia, & ſecunda figura, ſemper uniuerſa erit: in tertia po-
2. teſt eſſe ſpecialis. Minor in prima, & tertia ſemper
3. erit affirmatio, in ſecunda uero negatio eſſe poteſt. In
prima & ſecunda figura ſunt concluſiones uniuerſæ:
De ali. in tertia tantum ſpeciales. Enthymmema eſt imperfe
argu. ctus ſyllogiſmus: ex una quidem præmiſſarum altera
formis ſuppoſita concludimus concluſionem: ut omnis mater
Enthy mema. diligit filium, ergo Ioanna diligit filium. Inductio eſt
Indu. argumentatio, in qua ex multis ſingularibus coniun-
ctione copulatiua demōſtratis uniuerſale colligimus:
ut Petrus, Ioannes, Franciſcus, eſt animal: ergo omnis
Dedu. homo eſt animal. Si uero coniunctione diſiuncta ſpe-
ciale: ut iſte homo currit, uel iſte, ergo aliquis. Dicetur
deductio oppoſitus arguēdi modus, ab uniuerſa inquā
ad copulatiuam ſuarum ſingularium: & a ſpeciali ad
Exem. diſiunctiuam ſuarum ſingularium. Exemplum, eſt ar-
gumētatio, qua alterum probamus ſingulare per alte-
rum propter ſimilitudinē in utroque repertā: ut Pha-
rao

rdo fuit punitus propter perſecutionem populi dei, er: Coa.
go & hæreticus pœnas dabit: Coaceruatio argumen-
tatio eſt, inqua neceſſario cohærentia copulantur ut
tãdem ultimum dicatur de primo: ut Petrus eſt homo,
homo animal, animal corpus, corpus ſubſtantia, ergo Dilem.
Petrus eſt ſubſtantia. Dilẽma eſt argumẽtatio ex par
tibus repugnantibus conſtructa, & data quacunque
parte illius reprehenditur: ut ſi eſt ducenda uxor diues,
aut paper. Non diues: quia erit ferẽda. Neque pauper,
quia erit alenda. Dicitur uiolatio argumentatio illa, Viola.
inqua damus operam inter retorquendum aduerſarii
argumentum pro parte noſtra ſed contra ipſum: ut ſi
quis aſſerat, non eſſe poetas legendos, quia demulcent
animos: dicemus, imò hãc ob cauſam eſſe legendos. E- Enum.
numeratio dicitur, quando enumeratis alicuius diuiſio
nis partibus omnibus &, deſtructis remanentẽ cõſtrui
mus. Non metuit, non habuit odio, nihil commodi ex-
pectauit, non alicuius amicitia motus, ergo non occi-
dit Petrum.

¶CAP. XI. DE SYLLOGISMO rum formis in quas ſecundum mate- riam diuiditur.

DE ſyllogiſmorum firmis ſecundum materiam
eſt dicendum, nam præter diuiſiones ſyllogiſ-
mi, quibus ſecundum formam uidetur diuidi

ſyllo. *in categoricum, & hypoteticum, communem, & ſin-*
ſecun. *gularem, perfectum, & imperfectum.* Diuiditur *ultra*
mate. *ſyllogiſmus ſecundum materiam in* Demõſtratiuum,
Triage Dialecticum, *& ſophyſticum.* Inter *propoſitiones qui*
ꝓpoſi. *dem aliæ ſunt ueræ neceſſario, aliæ ueræ probabiles, a-*
geñ.ex *liæ ueræ ſecundum apparẽtiam.* Primæ *generant ſciẽ*
par.ma *tiam.* Aliæ *opinionẽ.* Vltimæ *tandem apparentẽ ſciẽ*
teriç. *tiam.* Syllogiſmus *conſtructus ex neceſſariis propoſiti*
Demõ *onibus dicitur demõſtratio.* Qui *uero ex probabilibus*
ſtatiu⁹ *dialecticus,* Tandem *qui ex propoſitionibus ueris ſecũ*
ex ne. *dum apparentiam dicitur ſophiſticus.* Demonſtratio
Demõ *eſt ſyllogiſmus faciẽs ſcire.* Vel *demonſtratio eſt ſyllo*
ſtra.qd *giſmus procedens ex ueris primis immediatis, notiori-*
Pręmi. *bus, prioribus, & cauſis concluſionis.* Præmiſſæ *de-*
cauſæ. *monſtrationis dicuntur cauſæ concluſionis in genere*
Dupl. *cognitionis, cum ergo ſit duplex uia cognoſcendi, quo*
cogn. *ad nos nẽpe, & quo ad naturam: quæ ſunt priora quo*
via. *ad nos, ſunt poſteriora uia naturæ: nos quidem primo*
q̃ ſunt *effectũ cognoſcimus, deinde cauſam: natura uero pri-*
paiora *mo cauſam deinde effectum.* Neceſſariis *exiſtentibus*
quoad *præmiſſis, ex quibus concluſio debite infertur, ſemper*
nos. *erũt illæ cauſæ ueritatis concluſionis in genere cogni*
Neceſ. *tionis aliquo modo.* Si *enim præmiſſæ uerã, proximã,*
ꝑmi.ex *& ĩmediatam, explicãt concluſionis cauſam, dicetur*
qui.cõ, *demonſtratio illa a priori: ut omne rationis capax eſt*
deb.in *ad riſum aptũ, homo eſt rationis capax, ergo ad riſum*
fer.ſẽp
ſit cau.
ve.cõ.
Quid demõſtratio a prio. *aptus*

āptus. Si uero explicent effectum concluſionis, uel re demō.
motam ueritatis cauſam, tunc dicetur a poſteriori: ut a poſ.
omne riſibile eſt capax rationis, omnis homo eſt riſibi-
lis, ergo capax rationis. Eſt obſeruandū, in demonſtra quę ꝓ.
tionis materia dici uera, eterna, perpetua, in corrupti- ſint ne.
bilia, propoſitiones illæ, in quibus definitio quiddita-
tiua, uel aliqua eius pars prædicatur de definito, uel de
finitum de definitione. Differētia de ſpecie, uel ſpecies
d' differētia ꝓpriū ſpē, uel ſpecies d' proprio. Cauſa ul
tima de ſuo effectu, uel effectus de ſua cauſa. Syllogiſ
mus ergo ex huius modi propoſitionibus cōſtructus de
mōſtratio dicitur. Eſt obſeruādum etiam antequā de pręco.
mōſtretur concluſio, oportere præcognoſcere quid ſit 1.
ſubiectū illius cōcluſionis, deinde quid ſignificet attri- 2.
butū. Præterea maiorē ꝓpoſitionē eſſe uerā. Deinde 3.
minorem: quibus quidē maior eſt fides adhibēda, quā 4.
concluſioni: quia propter quod unūquodque tale, & il
lud magis, ſi enim cōcluſio ſit uera propter primiſſas, cogni.
certior erit ueritas p̄miſſarū, quā cōcluſionis. Cū ergo p dem.
cognitio ꝑ ſyllogiſmū demonſtratiuū habita ſit ex pro ſcien.
poſitionibus ueris, & neceſſariis, quæ non poſſunt ali eſt.
ter ſe habere, hinc fit cognitionē illā ſcientiā eſſe. Eſt Scien.
quidē ſciētia certa, & euidēs cōcluſiōis cognitio: q̄ du Dupl.
plex eſt. Actualis, & habitualis. Actualis ſciētia aſſēſ9 Actua.
eſt, quo d' cōcluſiōe iudicam9 ſicut ſignificat, & ſic iu-
dicādo nō poſſum9 decipi, quia mouemur a p̄miſſis ne

Habi. rils q̃ cõcluſionẽ inferũt, & ei⁹ cauſam ſecũ adferũt p̃ter omnem mutationẽ. Habitualis ſcientia habitus eſt

Scien. intellectus, ab actuali ſcientia conſecutus, ex pluribus

ꝑpter. quidem actibus unus efficitur habitus. Quando ſcien

quid. tiam habemus per cauſam proximam, dicitur propter

Sciẽ. quid, uel a priori: quando uero ab effectu, uel per cau

quia. ſam remotã, dicitur ſcientia quia, uel a poſteriori. Eſt

Quæ. ſcibi. tandem obſeruandum de quaque re ſcibili ſi fuerit ſim

De re plex, duas eſſe quæſtiões, prima An ſit: altera quid ſit.

ſimpli. Si uero quæſtio cõpoſita fuerit, ſunt etiam duæ, prior

an ſit, An prædicatũ ſubiecto inſit: poſterior quare prædica

qd ſi. tum ſubiecto ineſt. Dialecticus Syllogiſmus dicitur,

De cõ. qui ex propoſitionibus probabilibus eſt conſtructus.

Diale. Probabiles propoſitiones ſunt, quæ plerũque ſunt ue

ſyllo. ræ, poſſunt quidem aliquando eſſe falſæ: ut omnis ma

Prop. proba. ter filium diligit. Anna eſt mater, ergo filiũ diligit. Syl

Opini. logiſmus hic non generat ſcientiam, ſed opinionẽ. Eſt

Fides quidem opinio aſſenſus concluſionis cum formidine,

ſcien. quia mouemur a præmiſſis, quæ interdum aliter ſe ha

ſequi. bent. Eodem modo quo ſcientiam fides ſequitur, ſequi

opini. tur etiam formido opinionem. De eadem re ſimul opi

ue. for. nionem, & ſcientiam ab eodem non poſſe haberi, hinc

Soph. eſt manifeſtũ. Syllogiſm⁹ Sophyſticus eſt, qui conſtrui

ſyllo. tur ex propoſitionibus ueris tantum ſecundũ apparen

tiam, quæ nempe probabiles uidentur, & non ſunt: ut liberalitatis exercitia ſunt licita, fauere pauperibus p̃

pter

pter lucrum tẽporale, eſt exercitium liberalitatis, ergo fauere pauperibus propter lucrum eſt honeſtum.

¶CAP. XII. DE INVENTIONE locorum ad arguendum de quacunque re in quæſtiõe propoſita neceſſario, probabiliter, & ſophyſtice.

DE inuentione locorum a quibus educi poſſunt argumenta neceſſaria, probabilia, & apparentia ſunt aliqua explicanda. Eſt quidem locus ſedes, index, uel domicilium quoddam, in quo medium argumentum, ſiue materia deliteſcit de quocunq; themate differendi. Argumẽtum eſt uis, ratio, medium, & cauſa, quæ oratiõe clauditur, cum thema probatur ambiguum. Argumentatio eſt argumenti per uarias rationes explicatio: uel eſt oratio, quæ aliud colligit ex alio & argumẽtis aliquid declarat, ut rei (de qua agitur) fidem, & cognitiõem certam habeamus: ut dubitanti an homo ſit aptus ad diſciplinã, talem formabimus argumentationem. Omne animal capax rationis eſt ad diſciplinam aptum, omnis homo eſt animal capax rationis, ergo omnis homo eſt ad diſciplinam aptus. Argumentum eſt: puod definitioni cõuenit, ac definito: locus uero dicetur ipſa definitio, in qua hoc argumen-

Locus quid.

Argu.

Argu.

diuiſio loci. *ti genus eſt conſtitutũ. Hinc apparet, locorũ aliũ eſſe locũ maxima, & Aliũ locũ differentiæ maximæ. Loci*

Locus maxi. *maximæ ſunt propoſitiones quædã indubitatæ, atque adeo certæ, ut probatione non egeant, & ideo ſolũ adhibentur entymematibus, quæ ad confirmandũ argumenta adducucuntur: ut id quod definitioni conuenit,*

Locus diffe. maxi. *& definito. Loci dicuntur differentiæ maximarũ, illi quibus maximæ a maximis differũt: ut definito eſt differẽtia maximæ huius, cui cunque non cõuenit definitio, nec definitũ, quã hæc maxima differt ab omnibus*

diuiſio lo. dif. maxi. *aliis. Diuiditur locus differentiæ maximæ in loca Perſonarum, & Rerum: dicũtur loci perſonarum, quia in*

Quare lo. pſo. dicun. *propoſitionibus aliqua perſona inſerit, & illi aliquid tribuim⁹. Loci perſonarũ ſunt, Patria, Parẽtes, Aetas, Educatio, Diſciplina, uel inſtitutio, Studia, Sodalicia, Mores, & ingeniũ, Res geſtæ, Genus, & uitæ cõditio. A perſonarũ circunſtantia uarii poſſunt etiã excogitari, ut A fortuna, Officio, Cognatione, Nomine, Gene*

A pſo. *ratione, & Corruptione. In horũ locorũ declarationẽ duo tantũ, uel tria proponã exempla; ab Aetate ſit primũ, Puer eſt, ergo nõ poteſt agere prudẽter. Senex, ergo ad rẽ eſt attentior. A diſciplina, doctus eſt, ergo doctum habuit p̄ceptorẽ. A uitæ genere, ſcholaſticus eſt,*

A reb⁹ Diuiſi. loco. a rebus. *ergo det operam literis. Dicuntur loci rerum omnes, qui non ſunt perſonarum, quorum argumenta a rebus ipſis ducuntur, & non a perſona. Horum tria ſunt ca-*

piat

pita,namquidam interni dicuntur,quidam externi,& Loci interi quidam medii. Dicitur locus internus,quando ſumi locus. mitur argumentum ab iis, quæ ſunt de ſubſtantia rei, de qua queritur: aut ab iis quæ ſubſtantiam rei comitantur. De ſubſtantia rei ſunt, A definitione, A defi- De rei nito. A differentia, A deſcriptione, A deſcripto. A pro ſubſtã. prio, Ab interpretatione, Ab interpretato, A ſynonimis A quolibet horum,quatuor fere modis argumenta eruũtur. Primo quicquid dicitur de definitione, & de 1. definito. Secundo de quo dicitur definitio, & defini- 2. tum. Tertio qđ negatur de definitione,& de definito. 3. Quarto de quo negatur definitio,& definitum. Cõco- de ſub mitantur ſubſtantiã totũ uniuerſale. Totũ integrale. ſtã.cõ. Cauſæ quatuor, Corruptio, Gẽratio, Vſ9, et Cõmunia accidẽtia. Totũ uniuerſale ſuperius dicitur, ut Ge- Totũ nus reſpectu ſpeciei: & ſpecies ei9 dicẽt ſubiecta pars. uniuerſale. Poſito ſuperiori cũ ſigno diſtributionis omnia inferio- 1. ra ponuntur, non tamen ſine diſtributione. Deſtructo 2. ſuperiori inferiora deſtruuntur. Poſito inferiori ſupe- 3. rius ponitur. Deſtructo inferiori non deſtruitur ſupe- 4. rius. Totũ integrale dicĩ, quod ex partibus quãtitatẽ Totũ habẽtib9 reſultat. Pars dicitur, q̃ cũ alia uel aliis totũ integra. cõſtruit. Poſito integrali toto oẽs ei9 ptes ponunĩ. Ali- 1. qua partium non exiſtente, neque integrale totum e- 2. rit. Poſitis omnibus partibus ſimul ſumptis, & to- 3. tũ. Cauſa eſt id, ad cuius eſſe ſequiĩ aliud. A cauſa ad Cauſa. 1.

 effectum 2.

A gēe, *effectum,& ab effectu ad cauſam eſt efficax argumen*
tū:ſi cauſa ſit ſufficiēs,& in actu in ſuo genere. A ge
neratione. Corruptione:& Vſibus,& A fine,*ducunt*
Cōm. *argumenta cum prædicatis bonum,& malum.* Com
acci. *muniter accidentia illa dicuntur , quorum alterum*
ſemper,uel ut plurimum ſequitur ad alterum, in qui
bus poſterioris affirmatio in fert affirmationem ſupe
rioris, & prioris negatio negationem poſterioris. Ex
2.Exte. *ternus dicitur locus, quando argumentum ſumitur*
locus. *ab iis, quæ omnino ſeparata ſunt a rei ſubſtantia,*
de qua quærit. Externa *dicuntur.* Oppoſita. Diſpara
Quæ *ta.* Comparata Authoritas, *& tranſumptio.* Ab op
dicun. exter. *poſitis, de quocūq; affirmatur unum oppoſitorum, de*
Oppo. *eodem negatur alterum.* Poſito *uno relatorum,poni*
1. *tur alterum &,remoto altero,remouetur & alterum.*
2. *Si unum contrariorum ſubiecto in eſt, non alterum:ſi*
3. *alterum priuatiuū ineſt, alterum non ineſt: Si alterū*
4. *priuatiuū non in eſt ꝓprio ſuſceptibili, alterū neceſſa*
5. *rio in erit.* In *contradicentibus,ab affirmatione unius*
6. Cōtra. *ad alterius negationem.* In *diſparatis, ab unius affir*
Diſpa. *matione ad alterius negationē.* Comparatio *uariis fit*
Cōpa. *modis,nunc maioris ad minus.* Interdū *minoris ad ma*
Maius. *ius. interdum ſimilis ad ſimile.* Maius *dicitur quod ha*
Minus. *bet maiorem probabilitatem.* Minus *uero quod mino*
A ma. *rem.* A *maiori argumentum fit negatiue ſolum.* Maxi
ma eſt,ſi quod magis uidetur ineſſe,nō ineſt,nec quod
minus

minus. A *minori affirmatiue, ſi quod min⁹ uidetur in* A min.
eſſe, ineſt, & quod magis. Dic*ũtur ſimilia, quæ habẽt*
æqualem apparẽtiam ueritatis. De *ſimilibus idem eſt* Similia
iudicium. Sub *hoc loco continentur, locus a proportio*
ne, & a tranſmutata proportiõe, de proportionalibus Ab au.
idem eſt iudicium. L*ocus ab authoritate ad conſtituẽ-*
dum ualet tantum. M*axima, unicuique experto eſt cre* Trãſũ.
dendũ in ſua facultate. D*icitur tranſumptio, quoties*
nomen ſecundum tranſlationem ſumptum explicatur
per proprium. Q*uicquid alicui conuenit ſub nomine*
tranſlatitio, eidem & ſub proprio cõueniet. Locus me 3. Loc⁹
dius eſt, quando ſummitur argumentũ ab iis quæ par medi⁹.
tim conueniunt, & partim differunt. M*edia dicuntur* Cõiu.
coniugata. C*aſus: & diuiſio.* C*oniugata ſunt denomi* Caſus
nans, & denominatũ. C*aſus uero, plura ſunt denomi-* diuiſio
nata interſe comparata. C*oniugatorũ ea ratione, qua* 1.
ſunt coniugata, & caſuũ, eadem eſt natura. Diuiſio *a* 2.
licuius eſt ſectio in omnes eius partes, cuius uariæ ſunt 3.
formæ, prima generis in ſpecies, ſecũda totius integri 4.
in ſuas partes, tertia uocis in ſignificata, quarta ſubie 5.
cti in accidentia, quinta accidẽtis in ſubiecta, ſexta ac 6.
cidentis in accidẽtia. Cui *diuiſum cõuenit, & aliquod* 7.
membrum illius. Cui *aliquod membrum diuiſionis cõ* Quo.
uenit, ab eodem reliqua membra negantur. H*actenus* ſũt col.
breuem quãdam locorum cognitionem tradidimus, ꝓpoſi. ad cau.
ut ex illis poſſimus colligere argumẽta, ad propoſitum aliquã.
aliquod tractã.

aliquod probandum, uel deſtruēdum. Iam animaduertamus, oportet, in omni propoſitione duo eſſe membra potiſſima, ſubiectum inquam, & attributū. Vtrunq; igitur mēbrum ſeparatim eſt conſiderandum: ut intelligamus, a qua parte facilius, & cōmodius poſſint argumenta peti. An a ſubiecto. An a prædicato. An ab utroque. Sicque ſecundum eius naturam probationes ſunt ppōnēdæ, ut gratia exempli. Philoſophia eſt digna cognitione. A ſubiecto ducemus argumentum: quia eſt dei ueritas. Magiſtratus etiā colēdus eſt, quia dei eſt ordinatio. Finita diſputatione, & explicata inuētione locorum, qui ſcientiā uel opinionem in nobis poſſunt efficere, ſupereſt de illis, qui apparentem ſcientiam producunt nōnulla dicere, non quidē ut illis utamur, ſed tantum ut illos uitare poſſimus. Locus ſophyſticus eſt ſedes argumenti ſophiſtici. Argumentatio ſophiſtica dicitur, quæ fit ex iis, quæ probabilia uidētur, & non ſunt. Diuiditur ſophiſticus locus, in fallaciam in dictione, & fallaciam extradictionem. Fallacia in dictione dicitur, quando argumētationis uitium a ſermone procedit. Illæ autem ſex numero eſſe dicuntur. Aequiuocatio. Amphibologia. Cōpoſitio, Diuiſio, Accentus, & figura dictionis. Committitur æquiuocatio, cum ſimplex uox ſignificat plura, quæ definitione, diſferunt, ut canis, gallus. Amphibologia, cum oratio claudit ſententiam ambiguam, ut Aio te Acacida Romanos

De lo. ſophy.

Lo. ſo.

Argu. ſophy.

Falla. in dic. nume.

falla. in dictio.

Prima æqui.

2. Amphibo.

manos uincere poſſe. Compoſitio,*cum male iungun-* 3.Com
tur ea,quæ debent diuelli:ut duo & tria ſunt paria & poſitio
imparia, quinque ſunt duo & tria,ergo quinque ſunt
paria & imparia. Diuiſio,*cum ſeparantur ea,quæ cō* 4.diui.
iungi debent: ut quocunque uidiſti hunc percuſſum
percuſſus eſt:oculo uidiſti hunc percuſſum, ergo ocu-
lo eſt percuſſus. Accentus *eſt, cum dictum alio geſtu* 5.Acē.
pronunciatum, aliud ſignificat:ut qui ad Aram *fugit*
liber eſt,adbarā fugiſti,ergo liber es. Figuræ *dictionis* 6.Figu
fallacia dicitur, cum aliquid uitioſe colligitur ex phra- ræ dic.
ſi, D*iſcere eſt circa diſciplinam exerceri, exercere cir-*
ca diſciplinam eſt docere,ergo diſcere eſt docere. Fal- Falla.
lacia extra dictionē cōmittitur,cū res ipſæ male cohe- extra.
rent, illæ autē ſunt ſeptem. Accidens. D*ictū ſecundū*
quid,& ſimpliciter. Non *cauſa,ut cauſa*, Con*ſequen-*
tis, Pe*titio principii*, Plu*res interrogationes*, I*gnoran* 1.Accl.
tia elenchi. A*ccidentis fellacia cōmittitur,cū accidens* 2.A di.
ſubiecto tribuitur, aliter quam oportebat,& cū cauſa ſecūdū
de ꝑ accidēs loco propriæ citatur:ut quod egoſum, tu qd ad
nō es, ego ſū homo,ergo tu nō es homo: Homo *eſt ani-* dictū
mal,aľ eſt gen⁹,ergo homo eſt gen⁹. Fallacia *a dicto ſe* ſimpli.
cundū quid ad dictum ſimpliciter eſt, cū a parte colli-
gim⁹ totū. D*ictū ſecūdū quid eſt nomē cōmune cū de* Dictū
terminatōie ſumptū,a qua reſtrīgitur: ut homo pict⁹. ſecūdū
D*ictū ſimpliciter eſt coē nomē,ſine circūſtātia,uel de* quid.
terminatione uſurpatū ut: æthiops eſt albus dentibus Dictū
ſimpli.

3. A nõ cauſa ad cau. *ergo æthiops eſt albus.* A non cauſa, ad cauſam, *cum cauſa fit ex non cauſa, impropria, & aliena colligit̃ argumentatio, lippi oculi offenduntur a ſole, ergo ſol corrumpit oculos.*

4. Cõſequẽs *Conſequentis fallacia, cum ex antecedente non recte infertur conſequens, ut uirtus, eſt ergo iuſtitia eſt.*

5. Peti. princi. *Petimus principium, quoties oſtendimus ignotũ per æque ignotũ: ut æbrietas nocet, ergo æbrietas eſt pernitioſa.*

6. plur. iterro. *Plures interrogatiões ut una eſt, cũ plura de uno, unum de pluribus, ſimul interrogamus: ut homines ſunt boni, an mali.*

7. Elẽ. ignor. *Ignorãtia elenchi eſt, omnis argumentatio infirma, & uitioſa ratiocinatio. Elẽchus enim firmam ſignificat probationem. Ad hanc fallaciam referũtur, omnes uitioſæ & ambiguæ oppoſitiones: cum pugnantia non conferũtur ad idem, ſecũdum idem, ſimiliter, & eodem tempore. Ad idem, ut quatuor ſunt duplum ad duo, et non ad tria, ergo ſunt duplum & non duplum.*

Mod⁹ diluen. argu. ſophy. *Cum omnis argumẽtatio dicatur ſophyſtica, inqua committitur aliqua fallaciarũ in dictione, uel extradictionẽ: & omnis talis fallacia ſit ſyllogiſmi peccatum circa materiam, uel circa ſyllogiſmi formam:*

Pecca. circa formã. *ſi fuerit circa formam, Illud eſt iudicandum & declarandum ex dictis in capite decimo negata ſyllogiſmi conſequẽtia,*

Si circ. materi. *ſi fuerit peccatum circa materiam, concludimus quidẽ falſum, ſeruata ſyllogiſmi forma debita ex aliqua præmiſſarum, quæ eſt ſolũ apparente uera: Tunc animaduertendum eſt, quæ ſit illa*

præmiſſa

præmiſſa, in qua fallacia committitur: & multiplicitas diſtinguatur, admiſſoq; uero ſenſu falſus pellatur, & ſi oportuerit paremus inſtantiã in ſimili arguẽdi modo.

¶PER ORATIO.

Accipe ſtudioſe Lector primam hanc noſtrarum inſtitutionum exercitationem, in qua curauimus methodum in principio propoſitam explicare. Perfectiorem in Ariſt. Dialecticum organum diſpoſitionem tribuere pollicemur in noſtris inſtitutionibus ſeptem libris terminatã, quam ſpiritus ſancti gratia aſpirante tribuere paramus typographis.

¶FINIS.

¶MARCI RIVII FATARELLANI in præclara Artium & philoſophiæ facultate Bachalaurei, in eximii, I, S, ſeptem ingenuarum Artium Magiſtri libellum Carmen.:.

Continet hic flores, non mentior Arte libellus
Ex logica excerptos ſeduliate graui.
Idcirco cunctos relegendo intendere neruos.
Cura, quo fias doctior eſſe breui.
Pertulit hos magnos Serranius ille labores,
Quiq; deinde dabit plura fauente deo.
Hunc genuit tellus Villaria dicta per orbem,
Atque Nauarrorũ dicitur eſſe ſimul.

¶EIVSDEM AD LECTOREM ſaphicum. Carmen.

Hoc opus magnum ſtudioſe lector,
Vt legas crebro precibus rogamus,
Atq; tu noſtri memor eſſe cura

¶Nocte, dieq;.

¶ *Cæſarauguſtæ Apud Auguſti-*
num Emilianum ſexto idus
Iunii.1562.



¶ Cæſarauguſtæ Apud Auguſtio
num Emilianum ſexto idus
Iunii. 1562.